Frequẽter ꝯtigit equorũ ꝛ mulorum ẽptiões ꝛ vẽditiones fieri. Et ẽptores circa huiusmodi aialia sepissime decipi: eo qꝛ eq ꝛ multi aialia sunt aliqñ multũ vitiosa ꝛ vitia ac morbos occulta ꝛ occultos habẽtia ideoqz lex puidit specialib⁹ remedijs: quib⁹ si i dictis aialib⁹ tpe vẽditionis fuerit vitia siue morbi occulta seu occulti eiusdẽ ẽptorib⁹ icognita siue incogniti: pñt ꝯtra vẽditores agere redhibitoria. i. velerẽ reddere ꝛ pciũ sibi reddi ꝛ quãto minoris hoc ẽ petere illaz partẽ pcij sibi reddi quã nõ dedissent si sciuissent illud aial ita vitiosuz vel morbosuz vel quãto minoris dictũ aial valebat pp dicta vitia siue morbos. Et iuris remedia nedũ competũt p predictis aialib⁹: imo ꝛ p quocũqz alio aiali vicioso vel morboso. ꝛ etiã pro quibusdam alijs reb⁹ tam animatis q̃ inanimatis viciosis. põt autem his iuris remedijs siue beneficijs p emptores renunciari. Unde si de venditionibus huiusmodi aialiũ fiat instrumentũ poterit notari⁹ ita scribere in suo istrumẽto. Et renunciauit talis emptor specialr ꝛ expresse certiorat⁹ per me notariũ hñficio legis redhibitorie ꝛ quanto minoris ciuilis ꝛ pretorie. Et omni alij iuri ꝛc.

¶ De quibusdã abusibus: ꝛ de renunciatõe ceterorum scriptorum ꝛ remediorum

Plures sũt res q̃ lz de se bõe sunt: earum tñ vsus q̃nqz malus ẽ vt patet in igne. i aqua. i vio in cultello: ꝛ in multis similibus. ꝛ similiter in artibus ꝛ scientijs idem est reperire: qꝛ q̃uis sint de genere bonorũ

possunt tñ hoĩes eis male vti. immo et qđ plus diuina gratia pôt quis abuti si
sicut fecerunt symon et grezi. Et breuiter nõ credo esse rem sub sole quin bo
num et malum ex parte verum in ea assignari possit exceptis virtutibus. Nã
secundum phm in ethicis. sole virtutes sunt qbus non contingit male vti. hec
autem pro tanto dico: qz licet legum et iurium cõditores bona ratiõe et iusta
equitate moti diuersa iura et constitutiones ꝯdiderint et statuerint pro bono
iustitie et per ea dirigantur. et regulentur hoĩes ĩ bonũ equũ3 et honestum et
pariter sũmi põtifices et dñi ĩperatores reges et pŕcipes ꝗ plura priuilegia
personis collegijs ⁊ vniuersitatibꝰ concesserint alij quidẽ vt quietius ⁊ libe-
rius diuino cultui intẽderẽt. alijs vero vt circa studium legũ canonũ ⁊ aliaꝝ
facultatũ feruentius ⁊ diligentius vacarent. multi tamen hodie sunt qui pre-
dictis iuribꝰ ⁊ priuilegijs multipliciter abutuntur sicut videmus de qbusdaz
qui ad finem verandi suos cõpatriotas procurant se matriculari pro studẽn.
in aliqua vniuersitate ꝗuis reuera ibidem non studeant nec resideant. Et de
inde virtute priuilegiorum illius vniuersitatis citant ⁊ excommunicant ⁊ di-
uersimode molestant quos volunt: magis eam vindicte ⁊ concepte malicie ꝗ
alia bona occasione. Et deus scit quot abusus obusus ⁊ quot baratarie ⁊ pra
uitates sup hoc committantur fabricãdo falsas relationes ⁊ alias. Et miror
qualiter talia sic publice tolerãtur. Est ẽt alius abusus circa litteras quas do
mini p̃sides ⁊ ceteri iudices dant ⁊ ꝯcedũt multis super cãcellatiõe istrumen
torũ potissime obligationum debitorũ lz enim iustum ⁊ equũ sit: vt solutio ite
gre debite debeat reddere ⁊ cancellare suo debitori debiti cyrographum siue
instrumentum ⁊ sic facere recuset: per presidem vel iudicẽ suum competentez
compelli ad hoc debeat: multi tamen debitores hodie sunt parue conscientie
qui libenter mutue ⁊ alias recipiunt: pecunias ⁊ cetera bona a suis creditori-
bus: ⁊ dum volunt creditores sua debita ab eis exigere ipsi licet nihil forte vel
modicum de debito soluerint impetrant litteras a dominis prouinciarũ pre-
sidibꝰ vel alijs iudicibꝰ super cancellatione instrumentorum huiusmodi debi
torum. ⁊ super hoc exordiunt processus contra suos creditores ⁊ intãtuz per
diuersas istantias cause protelantur: ꝙ interdum creditores debita sua peni-
tus amittunt Est ⁊ alius abusius circa litteras gratie quinquenalis dilatio-
nis quas dominꝰ noster rex consueuit concedere his qui propter amissionem
bonorum suorum nõ valent sua debita soluẽre: ⁊ a suis creditoribꝰ impetunt
ad finẽ ꝙ dum piguiorẽ fortunam puenerint habeãt vnde satisfacere possint.
vñ quãuis intẽtio domini regis huiusmodi litteras cõcedẽtis pia ⁊ iusta sint
plures tamẽ sunt debitores qui licet soluẽdo sint ⁊ plura bona possideant: di-
cta gratia ⁊ dilatione gaudere volunt ⁊ ei permittitur. Aliꝰ est abusus super
discussione prioritatis bonorũ quam plures hodie fieri procurãt ad finem se
clipeãdi aduersus suos creditores: sup quo inuẽta est quedam damnata pra-
ctica. Quoniam debitor absqz eo quod a suis creditoribꝰ nimiũ molestet que
rit duos sibi propitios ⁊ eorũ cuilibet se obligat ĩ certa pecũie quãtitate: ⁊ de
inde vnꝰ ipsorũ incohoat executionẽ in bõis dicti debitoris: ⁊ aliꝰ se oppõit ad
uersus dictã executionẽ. Et deinde bona illiꝰ debitoris exponũtur in discus
siones iter oẽs suos creditores quos: postea addũari facit ⁊ eis inhiberi ne ꝓ-
cedant huiusmodi discussione pendente: ne aliquas executiones ꝯtra eum fa-
ciant vel ad aliũ forum trahãt seu cõueniant. Et deinde dicta causa ponit̃ in

dormitorio. Creditores autē formidātes ꝓcessum ꝓlatiōes īuolutiōes sua iura ꝛ debita quādoqꝫ perire permittunt. Itē aliū video abusum super impetratione statuti querele de nouis dissaysinis. nam licet lex regia super qua fundat dictū statutū bona ꝛ iusta sit iuri ac rationi consona verū tñ pro modica ꝛ vili querimonia nō deberet concedi. nec hec fuit intētio dñi regis dcām legē statuentē ꝙ pro vilibus causis siue rebus ꝓcederet. Hodie tñ indistincte cōcedit. Et certe vidi ego plures dictū statutū excusari ꝑ ꝛ sup possessione rei nō valentis dimidiā exeñ. que fiebant ad cām illius excusatiōis. ꝛ male faciūt dñi aduocati talia ptibus cōsulētes. ꝛ ex h̄ fore suas onerāt ꝯsciētias. deberēt enī potius eas reuocare ꝛ inducere ad ꝯcordiā vel eis aliā viā minꝰ dānosaꝫ qñ de tā vili ꝛ modica reagit̄ cōsulereꝫ. forte h̄ faciūt tā dñi aduocati: q interdū hmōi ꝯmissiōes sibi ꝓcurant dirigi ꝙ̄ notariꝫ q bancas accessant ad fineꝫ multas pecunias a ptibus extorquēdi. Aliū credo esse abusum sup impetratione casuū nouitatis quasi similē ꝓcedēti: qm̄ dictus casus nouitatis fuit ordinatus ꝛ statutus pro magnatibus ꝛ potentibus tantūmodo: vt quādo eēt lis seu ꝯtrouersia sup aliqua re immobili inter potētes seu magnātes res ipa cōtentiosa oppositione interueñ. sequestraretur sub manu regia donec cognitum foret de iuribus partium. ꝛ hoc scilicet ne ptes ad rixas ꝛ arma veniant hodie autem tam rustici quā potentes casum nouitatis etiam super rebus vilibus ꝛ modici valoris impetrari quāuis de rixa seu armis verisimiliter non timeatur. Premissis igitur consideratis ꝛ attentis per dominicos ad quos ꝑtinet videretur bonum ꝛ vtile fore: vt singula premissa pro obuiando hominum malicijs debite aliquo modo limitarentur ꝛ reformarent̄. Sed quia hodie pauci sunt q̄ bono reipublice ꝛ reformatiōi iusticie intendāt: dubio ꝙ nihil fiet. Modo venio ad renūciationes quorūdā remediorꝫ de qbꝰ mētio superiꝰ facta ē que renunciationes appōi debēt i publicis instrumētis obligatorijs ad aliqd dandum soluendum vel faciendum post alias recōciliatiōes h̄ mō. Et in super renunciauit dictus talis debitor ꝑ me notariū publicū infrascriptuꝫ debite certioratus specialiter ꝛ expsse īpetrationi quarūcūqꝫ lraꝝ sup cācellatione ꝑsentis publici instrumenti: ꝙ si contrariū per se vel per alium in futuꝝ fieri contingeret: nunc vt pro tunc ꝛ contra grauis ꝛ ex sua certa scientia dedit ꝛ donauit ac promisit dare ꝛ soluere pleno nomine dictus debitor domino procuratori regio in presenti senescalia belicem. ꝛ nem̄. instituto ꝛ ordinato me notario publico infrascripto: vt cōmuni ꝛ publica persona pro eodē domino procuratore regio absente stipulante ꝛ recipieñ. summam vigintiquīqꝫ librarum turoñ. pro qua quidem pena siue summa sic cōmissa exigēda ꝛ soluenda voluit: ꝛ expresse consensit debitor antedictus executioneꝫ in eius bonis fieri ꝛ perfici posse ꝛ debere nulla alia iudicis sententia siue ordinatione super hoc expectata. renunciauit etiam sepe dictus debitor certioratus prout supra quibuscūqꝫ litteris status gratie siue respectus ad tempus impetratis et impetrandis. Necnon remedio discussionis siue prioritatis bonoruꝫ suoꝝ quā promisit et conuenit sub virtute supra per eum prestiti iuramēti nō ꝓcurare vel fieri facere per se nec per alium directe vel indirecte tacite vel expsse quacūqꝫ occasione ratione siue causa et impetratiōi super hoc quarūcūqꝫ litterarum per quas ꝑfactus creditor quo quomō impediri posset suuꝫ ꝑdictum debitum cum expeñ. exigere et pro eodem executionem seu executiones fa-

cere in p̄sona ⁊ bonis dicti debitoris. ⁊ h̄ sub pena p̄dicta viginti quin q̄ʒ librarum turoñ. modo p̄missō exigenda atq̄ʒ soluenda. Et nota q̄ p̄dica pena debʒ apponi ⁊ taxari in predictis renūciationibꝰ s̄m summā seu q̄ntitatē debiti principalis ad finē q̄ metu illius pene tales debitores formident ad p̄dicta remedia seu subter fugia ꝓsilire. vtinā p̄sens patria occitana regeret moribꝰ ⁊ consuetudinibꝰ: sicut patria frantie ⁊ theutonie: ⁊ certe vitarētur ifinita litigia ⁊ ifinite expēse ac ꝓcessuʒ inuolutiōes ⁊ causaꝝ ꝓtellationes quas dñi aduocati ⁊ clerici practicātes suis pniciosis subtilitatibꝰ p̄scrutātur ⁊ ꝓtrahūt p̄ exq̄sitas dilatiōes ⁊ coloratas allegatiōes ac diuersias instantias: īterdū vsq̄ʒ ad desperatiōem ⁊ cause imortalitatē de iuriū apicibꝰ. funtibus partiuʒ in curijs disputantes: ⁊ verum legum ⁊ iurium sensum ⁊ intellectū plerūq̄ʒ peruertentes: candida denigrando. ⁊ nigra dealbando. Et in tantum q̄ vix possunt litigatores sua iura consequi: vel si consequatur plus quandoq̄ʒ ascendunt expēse litis quam principale. vnde duo sunt que preter onera regia hanc patriam quamplurimum aggrauant ⁊ depauperant scilicet id q̄ dictum est. Et curia parui sigilli montipessulani. deus enim scit que ⁊ quāta dāna ⁊ expensas ⁊ interesse patiuntur ⁊ sustinent subditi regij p̄textu dicte curie ⁊ decimaꝝ regiarum exigendarum que non veniunt in bursa regia. Sed in bursas seruientū ⁊ quorundam aliorum vnde nimium ⁊ excessiuum videtur q̄ seruientes dicti p̄ui sigilli pro suis salarijs diurnis exigāt ⁊ recipiāt quindecim solidos turō. a subditis domini nostri regis qui quottidie satis opprimuntur soluēdo ⁊ cō tribuendo in talijs ⁊ oneribus regis quod autem ⁊ quantos abusus impr̄ssiones rigores ⁊ extorsiōes faciunt dicti seruieñ. presertim super decimis regijs exigendis nemo est quin sciat. Interdum etiam faciunt salarium vnius dict ascendere vltra tres vel quattuor libras turoñ. Et locū teneñ. domini custodis dicti sigilli sepe participāt in p̄missis in quoꝝ libris siue registris sepe inueniūtur plures clamores expositi q̄̄ exposuerunt creditores i detrimētū maximū paupeꝝ debitoꝝ. Et sepissime ꝯtingit: quod ꝓ decima duoꝝ vel triū solidorum turoñ. salariū s̄uieñ. ascendit duos vel tres libras turoñ. ⁊ multa similia de quibus ad p̄ns sileo. Nec video q̄ in dicta curia melius vel citiꝰ cause expediantur q̄̄ in curijs alijs ordinarijs: nec etiaʒ dicta curia ab initio fuit ꝓ omnibus generaliter ⁊ indistincte ordinata: prout ad eam hodie publice recurritur. Sed dumtaxat in fauorem mercatorum tam regnicolarum quam alienigenarum. Et deus ac dñs noster Jesus xp̄s mittat in corde domini nostri regis ⁊ suorum consiliariorum quatenus pro vtilitate ⁊ idēnitate suoꝝ subditorum aliquā sup p̄missis decētem faciat reformationem.

¶ Seqtur. de singulis ꝯtractibus in specie. ⁊ primo de emptiōe ⁊ vēditiōe.

POstquam auxiliante deo cōpleta sunt p̄ambula: nūc iuxta ꝓmissi ꝓpositi s̄iē singulorū ꝯctuū ꝓfundū pelagꝰ itrare oportet: ipoꝝ naturas ⁊ effectꝰ aliqualiter declarādo ⁊ certas coꝝ formas cū nōnullis cautelis ⁊ securitatibꝰ inserēdo: nō intēdēs de oe oībꝰ tractare ꝯctibus: sʒ de illis tantūmodo qui frequentius in vsu occurrūt. Et q̄a ꝯtractꝰ emptionis ⁊ venditionis frequens ⁊ necessarius est: cū sine illo hoies sibi ad vite sufficiētiā necessaria cōmode habere non possint: iō de ipsa emptiōe ⁊ vēditiōe prio agendū est. Unde licet videātur esse duos cōtractus: vnus scilicet emptionis ⁊ alter venditionis: tamen vnicus est contractus qui respectu emptoris ap

pellatur emptio: ⁊ respectu venditoris vēditio. Et sic apparet ꝙ iste ꝯtractus
est vltro citroqꝫ hoc est hinc inde obligatorius. Ex eo enim due oriūtur actio
nes: vna ꝯpetēs emptori cōtra vēditorem ad rē emptā sibi tradendā. Et alia
cōpetens venditori cōtra emptorē ad rei vēdite preciū sibi soluendum. Circa
hunc autem emptionis ⁊ venditionis contractum pro pleniori iuuenū ⁊ sim-
plicium notariorum informatione aliqua sunt notanda: sine quorum preco-
gnitione non bene possunt notarij huiusmodi cōtractus vndiqꝫ expedire vñ
testañ. philosopho oportet ⁊ latitudo sermonis in vnaquaqꝫ re sit ſm exigētiā
illius rei ⁊ nō amplius neqꝫ minus. Exigit aūt huius cōtractus natura scire
principaliter que ⁊ quales ꝑsone possunt vendere ⁊ emere ⁊ que nō. Et simili
ter que ⁊ quales res vendi ⁊ emi possunt ⁊ que non: ⁊ plura alia prout inferi⁹
apparebit. Et similiter in ceteris ꝯtractibus inducendo cadit ſm modum et
exigentiam eorumdem de quibus singulis seriatiꝫ ⁊ succincte pertractare in-
tēdo. Et in hoc antiqui ⁊ maiores nostri fuerunt diminuti in suis tractatibus:
qui posuerunt tantummodo diuersorum contractuū siue instrumentorū for
mas ⁊ suam vlterius doctrinam non extenderunt. Primo igitur sciendum ꝙ
tria sunt substantialia siue essentialia contractus emptionis et venditionis:
scilicet consensus res ⁊ precium ita ꝙ si vnum horum deficiat nullus est con-
tractus. Quo ad consensum autem quia personis contrahentium. procedere
debet videndum est qui possunt vendere ⁊ qui emere. Possunt autem vendere
emere quilibet nisi de iure sit prohibitus. prohibentur autem furiosi ⁊ pupilli
infantes propter defectum consensus: quia vbi non est consensus vbi deficit
substantia emptionis ⁊ venditionis. vnde qui nō intelligit nō ꝯsentit. Et in-
tellige furiosum nō posse ꝯtrahere scilicꝫ durāte furia. Nā si habeat dilucida
internalla: tunc illa durantibus ꝯtrahere ac vēdere ⁊ emere pōt. Itēꝫ ille cui
tanqꝫ prodigo ē bonoꝝ suorū administratio interdicta vēdere nō pōt. Itē pr
nō pōt vēdere filio suo quē hꝫ in potestate: nec filius pris: nisi habeat peculiū
castrē se vel quasi castrensē: quia quo ad illud filiusfamilias reputatur paterfa.
Et iō de castrēsi vel quasi castrensi peculio inter prēꝫ ⁊ filiū pōt eē ēptio ⁊ vē
ditio. Itē de tutore an possit emere ꝺ bonis pupilli? Dicēdū ē ꝙ sic ꝺ iure no
uo codicis: dū tū palā ⁊ publice ⁊ bona fide fiat. Vñ bona fides in hoc ꝯsiat
vt scilicet ꝓciū sit iustū ⁊ ꝯtract⁹ sit pupillo necessarius vel vtilis: ⁊ res hñ vē
dantur ⁊ non gratiose. i. per gratiam. Nec obstat ꝙ rei pupilli non valet alie
natio sine auctoritate tutoris ꝙ quis non potest esse actor in re sua: quoniam
ipse tutor poterit emere priuata persona ⁊ auctoritate vt tutor ⁊ ꝑsona publi
ca. Et generaliter inter eas personas potest ꝯtrahi emptio ⁊ vēditio que aliās
possunt inuicem obligari. Item quia de venditione rei pupillaris facta ē men
tio sciendū est ꝙ in venditione prediū pupillaris tria requirunt: scꝫ. tutoris au-
ctoritas cause expressio: ⁊ decretū iudicis Illa enīꝫ sunt de forma ipsius ꝯtra
ctus Ita ꝙ si aliquod ex istis deficiat nō valet: qꝛ nō rite factum requiritur.
Quarū scꝫ ꝙ fiat subastatio. Itē ꝙ decretū iudicis nunqꝫ transit in rē iudicā
tē quia semper pōt ꝓbari cōtrariū. Itē nota ꝙ licet tutoris auctoritas debeat
interuenire in ipso contractu venditionis rei pupillaris tamen auctoritas ⁊
decretuꝫ iudicis pōt interuenire seorsum Et est rō: quia ꝯsensus tutoris repu
tatur idē numero cū ꝯsensu pupilli: ⁊ iō non potest separari ab eo per locum ⁊
[illegible]empus: sed consensus iudicis est diuersus quia iudex non ꝯtrahit. Itē qꝛ cuꝫ

cause cognitione debet iudex decretum interponere:ideo iussū ē vt habeat ali qd̄ interuallū in quo possit deliberare qd̄ decernat. Itē nota q̄ si vēdaf predītū minoris vel pupilli ⁊ notarius in instrumento hm̄oi venditiōis dicat ⁊ scribat decretū iudicis cū debita solēnitate interpositū fuisse nil aliud exprimendo:nō stabit tali instrumēto ⁊ assertioni notarij potissime si sit ignorans. Unde si notarius interrogat⁹ que sit illa solēnitas ⁊ q̄ debita nesciat r̄ndere suū instrumentū reputabit vt suspectū Securius ergo ē q̄ in instrumēto exprimātur ⁊ specificentur hm̄oi solēnitates: alias si pars diceret interuenisse et tabellio ꝓduceret:et nesciret eas specificare apparet notorie instrumentuz falsuz vel suspectū:vt p̄dixi. Et sir̄r si in instrumētū dicat rē substātiā cū debitis interuallis et ꝓclamatiōib⁹ nō ꝓbat:q2 solū recitat illud nisi singulis dieb⁹ et ꝓclamatiōib⁹ dicat notario se interfuisse ⁊ eas specificet i suo instrumēto:ideo sup p̄missis et similib⁹ caueāt et diligēter attendant notarij. De scd̄o vero essentiali siue substātiali Actus emptionis et venditiōis:sc3 de re vēdēda Sciēdum est q̄ omnes res vēdi et emi possunt: exceptis illis q̄ de iure vendi vel alienari sunt prohibite.vnde vendi seu alieāri ꝓhibētur res sacre idest diuino cultui dedicate sunt: cuiusmodi sunt basillice siue ecclesie:et earum ornamenta ⁊ annexa: sicut cimiteria: cruces calices:mape altarium:libri:⁊ similia. Item vendi ⁊ alienari prohibentur res spirituales: veluti ecclesiastica sacramenta ⁊ res annexe spiritualibus vt sunt decime primitie iurepatronatus ⁊ similes. Item alienari seu vendi nō possunt res sancte idest muri ⁊ porte ciuitatum ⁊ res publice alicuius ciuitatis:vt platee theatra ⁊ similes. vnde circa res publicas alicuius ciuitatis vel cōmunitatis. Sciendum est q̄ q̄dam sunt priuata alicuius vniuersitatis ⁊ vsus ē public⁹ vtbigratia i domo cōi alicui⁹ ciuitatis vel cōitatis ⁊ talis rei ꝓhibet venditio.quedā sunt priuata alicuius vniuersitatis etiā quo ad vsum: vt sunt aliq̄ molēdina furni aut p̄dia:q̄ sunt alicui⁹ vniuersitatis ⁊ talia bene possunt vendi p priuatū in p̄iudicium ipsius vēdentis.quedā sunt publica ⁊ quo ad vsu3⁊ quo ad ꝓprietatē:vt ē via publica vel platea alicui⁹ ciuitatis:⁊ ista nō possunt vēdi. Itē liber homo prohibet vēdi.vnde vēdēs sciēter liberū hominem ꝯmittit crimē capitale: sc3 plagium ⁊ p tanto dicit quod iudas vēdēdo xp̄m cōisit simoniā:q2 vēdidit rē sacrā ⁊ ēt plagiū:q2 liberū hominē vēdidit.⁊ generaliter illa2 rerū ꝓhibetur emptio ⁊ venditio quarum cōmertium nō habemus. Item rei litigiosi est venditio ⁊ alienatio prohibita.cuius ratio est.ne sc3 actor habeat tātu3 laborare ⁊ litigare contra emptorem sicut habuit contra venditorem.lex tamen permittit rem litigiosam in certis casib⁹ ⁊ certis titulis alienari:puta titulo doctis vel donationis ꝓpter nuptias vel transactionis vel per diuisionē ⁊ reru3 hereditariarum vel per legatum. Que autem res dicatur litigiosa ⁊ quando breuiter dic q̄ illa res d̄r litigiosa d̄ cui⁹ dn̄io vel quasi domino causa siue questio mouetur inter petitorem ⁊ possessorē aut per iudiciariā ꝯuētionē aut p p̄ces principi oblatas ⁊ iudici insinuatas ac p eum aduersario p interpellationem intimatas siue talis res sit mobilis siue immobilis vel se mouēs: du3 tū sit res corpalis:nec reqritur litis cōtestatio.hec aūt quia iuris sunt amplius nō ꝓsequor. Itē rei que nō est necesse sperātur nō tenet emptio ⁊ venditio.rei autē que nō est sed speratur esse bene tenet emptio ⁊ venditio: vt est capt⁹ piscīū vel auiū vel precepto fructuum. Unde multum refert vendere pisces vt aues qui capi

entur vel fructus q nascētur ⁊ vēdere ipsaȝ captionē vel perceptionē. In pri
mo enim casu si non capiunt pisces vel aues vł fruct⁹ nō nascant nulla ē em-
ptio. In 2o vero casu ēptio tenet ēt si nulli pisces vel auem capiant vł fruct⁹
nō nascantur eo qꝛ sola spes vē empta. Hec aūt iuris sunt: ⁊ iō pax ad nota
rios pertinē. Item rei ꝓprie nō tenet emptio siue sciens siue ignorans rem
suā quis emerit. res autē aliena an vendi possit: dic ꝙ sic in ꝑiudicium vēden
dentis: non aūt in preiudicium veri dñi. oīm autē aliaruȝ rerū que ī cōmertio
hominū sunt: idest circa quas possunt homines inuicē negotiari emptio ⁊ vē
ditio est premissa: siue sint res mobiles vel se moueñ. siue imo. siue corporales
siue incorpo. vt sunt iura: actiones obligationes: hereditates: seruitutes: cēsus
redditus: iurisdictiones: ⁊ similes. Unde cum superius dixerim ꝙ iuspatrona
tus non potest vendi eo quia spirituali est annexum: si tamē vēdatur alicuius
hereditas ī qua iuspatronatus alicui⁹ ecclesie vel capellanie existat illud ius
trāsit cum vniuersitate ī emptorem: licet p se vēdi seu trāsire nō potuisseȝ. Iteȝ
cum dico seruitutes vēdi posse Sciēdum ē ꝙ vsusfructus qui est seruitus per
sonalis habet ī se duo: scilicet formam ⁊ causam. vnde vsusfructus formalis
qui est ipsum ius seruitutis vendi nō potest ita vt trāseat siue trāsferatur in
emptorē quin immo penes vēditorem remāet: ⁊ sola causa: id est ipsum emolu
mētum siue perceptio fructuum trāsit in emptorem. Causalis aūt vsusfruct⁹
qui est ipsa perceptio siue emolumētū vsusfruct⁹ bñ potest vēdi. Et idē potest
dici de decimis ⁊ primitijs ecclesiarū in quib⁹ duo possunt ꝯsiderari: scilȝ ius
declinādi ⁊ primiciādi illud vēdi nō pōt qꝛ spirituali est ānexū. Et emolumē
tū siue perceptio fructuū ipsarū decimaꝝ ⁊ primitiaꝝ: ⁊ hoc vendi pōt prout
quottidie fieri consueuit p rectores ecclesiarū qui sua bñficia attēdāt tā lay-
cis ꝗ clericis ⁊ rēdarij fructus decimaꝝ ⁊ primitiarū percipiūt lȝ forte talis
vēditio siue arredamentum quo ad laycos de iure sustinere nō posset. Circa
tertium substantiale siue essentiale cōtractus emptionis et venditionis qđ est
preciū. Sciendū ꝙ pciū dȝ in ipso cōtractu interuenire et debet esse certū pu
ta decē vel viginti vel cētuȝ ⁊c. ꝓut venditor ⁊ emptor ꝯuenerit. Iteȝ dȝ esse
in quātitate scȝ discreta vt dictū ē. Et in pecūia numerata vł numerabili. Uñ
si loco pcij detur aliqua spēs siue corp⁹: veluti marcha auri vł fact⁹ plen⁹ pe-
cūia nō nūerata vł aliqđ aīal vel simile ñ erit ēptio ⁊ vēditio: sȝ poti⁹ ꝯct⁹ in
nominatus: scilicet do ut des hoc est permutatio. Uerūtñ si iter venditoreȝ ⁊
emptorē ꝯuētiōe de certo precio emptor pro illo precio tradat vēditori insoli
tum quādam aliā rem nō ꝓpter hoc retractabitur ꝯtract⁹ pcedēs emptiōis
Sed quid si quis rem vendiderit certo precio hoc acto ꝙ emptor vltra dictū
precium teneatur satisfacere creditoribus venditoris. nunqđ satisfactio quā
faciet sic de pcio ⁊ ipsuȝ augeat ad hoc vt de illo pcio sic aucto. debeatur lau
dimium. Nō videtur qꝛ nō est preciuȝ certuȝ qđ eē dȝ vt predixit. quidam: te-
nent ꝯtrarium vbi debita erant certa ⁊ specificata: videlicet tali creditori tm̄
⁊ tali tātum ⁊c: Itē vltra predicta pro vberiori doctrina sciēdum ē ꝙ emptio
⁊ vēditio pōt ꝯtrahi ⁊ fieri nedū inter presentes: sed etiā iter absentes. ⁊ hoc
p nuncium vel p epistolā. vnde nūcius debȝ formare seu concipere verba ꝯtra
ctus in ꝑsona domini qui eū ad hoc misit: qꝛ habeŧ debet specialissimum man
datum ⁊ formalia verba ad sic contrahendū. est enim tanꝗ picca que loqtur
per se sed non a se. Ita nuntius proprio animo non loquiŧ sȝ dñs loquitur in

ipso ⁊ per ipsum. Et potest sic constitui. facio te nunciũ ad emẽdum a tali talẽ rẽ pro tanto precio. vl' sic vade ad ticium ⁊ dic ei ex parte mei q ego suz ɔtẽt⁹ habere talẽ eius rẽ emptã ꝓ centũ. Et si titius cõtẽtat titius perficit ɔtractũ. Si vero p epl'am hoc est per lram manu ꝓpria scriptaz fiat ẽptio põt i lra sic ɔtineri. Ego talis tenore presentis epl'e siue lre manu mea scripte vobis talis mãdo q̃tenus talis res mea sit mihi empta ꝓ centũ. Et si ali⁹ ɔsentiat pfecta est emptio ⁊ venditio. Sz ista ad notarios nõ ptinẽt cũ in eis notari⁹ nõ interueniat. Per ꝓcura. autẽ nõ ẽ dubiũ fieri posse emptionẽ ⁊ vẽditionẽ duz tamẽ ad hoc habeat speciale mãdatũ. Itẽ est notãdũ q nõ refert vtrũ res que emitur ⁊ venditur sit in eodem loco vbi contrahitur vel alibi: qz vtrobiq tenet ⁊ valet contractus emptionis ⁊ venditionis. Item notandum est quod emptio ⁊ venditio potest fieri pure: ⁊ in diem ⁊ sub ɔditione ⁊ sub pacto legis ɔmissorie ⁊ adiectiõis in diẽ ⁊ sub certo modo. Unde quando fit emptio ⁊ venditio sub cõditione: ante aduentum cõditiõis nõ est perfecta nec pro ea interim debetur laudimium. Cuz aũt fit sub pacto legis commissorie venditio est pura. Sed resoluit sub cõditione: scz si emptor precium in termino nõ soluerit vẽditori. Et idem quando fit sub pacto adiectionis in diem qñ actum est q oblata meliori conditione a venditione discedat. Sed est cõditionalis qñ in pacto dr q illa pficiat nisi melior conditio offeratur. Et ideo forma verboruz debet omnino attendi. fit autẽ hmõi pactum adiectionis in diem hoc modo: vendo tibi talem rem pro tali pcio. Et casu quo hinc ad triginta dies ꝓximos alius apparuerit maius preciũ vel meliorem cõditionẽ afferẽs res ipsa si tibi inẽpta vel a presenti venditione discedatur. Pactum autem legis commissorie fit sub his verbis. vendo tibi talem rem pro tali precio: sub pacto q si dictum pcium siue partẽ ei⁹ restantez hinc ad vnũ ãnuz ꝓximũ mihi nõ solueris res ipsa sit inempta ⁊ eam ac eius vacuaz possessionẽ mihi restituere tenearis Ul' sufficit dicere vendo sub pacto legis commissorie: vel sub pacto adiectionis in diez simpliciter. quia in solo potiori sensu pactũ censet esse factũ hec ãt pũcta raro hodie i vẽditiõib⁹ apponunt. Et nota q ex hmõi vẽditiõib⁹ debet laudimiũ cum sint pure licet resoluẽde. Itẽ nota q pacta hmõi adiectiõis i diẽ ⁊ legis ɔmissorie in venditionib⁹ apponũtur in fauorẽ venditoris dũtaxat. Et rõ emptor inuito vẽditore pdictis pactis vti nõ põt. Itẽ nota q in vẽditiõe pmutatione ⁊ q̃libet rei alienatiõe vel obligatiõe vxor alienãtis vel obligãtis ⁊ nur⁹ si dotẽ soluerit debẽt ꝓ securitate emptoris hmõi alienatiõib⁹ ɔsentire: ⁊ renũciare iuri ypothecaꝝ dotis sue ꝓpri⁹ p notas dbite certiorate: ⁊ hoc cũ iuramẽto. Et silr si res aliqua magni valoris det ad nouũ accapitũ siue i emphiteosim: ⁊ ꝓ hmõi accapito soluat magna pecunie quãtitas vt sepe ɔtingit ⁊ census paru⁹ sit. eedẽ securitates pstari debẽt ẽphitecote q̃ pstat emptoribus p vxorẽ matrẽ filium fratrem alienantis ⁊ alios que ius aliqd siue partẽ in illa re habent seu habere ptendunt. Et gñraliter in hmõi alienatiõib⁹ rez cõsentire debẽt oẽs ille psone que aliqd siue eius siue partem in rebus illis habẽt vel ptendunt habere: nec sufficit quod venditor siue alienator de oi euictiõe caueat: naz adhuc emptor poterit per tales personas inebriari ⁊ fatigari: ⁊ oportebit eum litigare ⁊ se defendere forte vsq ad primam sententiam requirere venditorem siue alienatorem vt ipsuz defendat: ⁊ super hoc faciet ⁊ sustinebit magnos sumpt⁹ siue expeñ. ⁊ forte priuabitur eo modo ⁊ possessione illius rei siue rerum per

per sequestrationem aut alias: a quibus omnibus tutus erit ⁊ releuat⁹: si tales
ꝑsone hmōi alienatiōibus ꝯsenserint ⁊ sua iura remisserint seu quitauerint.

¶ Forma instrumēti vēditionis rei immobilis parui precij.

IN dei nomine amē. Anno incarnatiōis eiusdē mille-
simo quadrigētesimo sexagessimo octauo. ⁊ die prima mēsis augusti. Se
renissimo principe dnō Ludouico dei gratia regi francoꝝ regnante. Noue-
rint vniuersi et singuli ꝙ bertrādus petri laborator ville allestinēsis diocisis:
bona fide et sine dolo ꝑ se et suos heredes et in futuꝝ successores quoscunqꝫ:
tenore hui⁹ veri ⁊ publici instrumēti mandato suo ꝯfecti firmiter ꝑpetuo va-
lituri: ac in pñtia mei notarij publici ⁊ testium infrascriptoꝝ vēdidit ⁊ titu-
lo pure vere perfecte ⁊ irreuocabilis venditiōis tradidit seu quasi tradidit ⁊
cōcessit ac nunc penitus ⁊ in ꝑpetuū desamparauit egidio grana macellario
dicte ville alesti p̄senti stipulanti solēniter ⁊ recipiēti ꝓ se ⁊ suis heredib⁹ suc
cessoribus in futuꝝ vniuersis. Ad omnes suas eisdez egidij de grana suorūqꝫ
heredū ⁊ successorum voluntates ī vita ⁊ in morte plenarie ⁊ perpetuo faciē
das: videlꝫ quādam domum suam eiusdē bertrandi sitā in carreria blācarda
dicte ville allesti ꝯfroñ. a parte ante cum dicta carreria ⁊ a parte retro cū do
mino antonij roberti. Ex vno latere cum domo heredum guillelmi curtilis et
ex alio latere cum domo Johānis de māso quadam androna ī medio cū oīb⁹
suis iuribus introitibus exitibus ⁊ partium vniuersis. Et cum oībus in eadez
domo edificatis muratis sustatis fixis clauatis apparētib⁹ ⁊ nō apparentib⁹.
stillicidijsqꝫ canalib⁹ aquaꝝ decursib⁹ seu ꝯductib⁹ ac alias suis iurib⁹ ⁊ pti
nētijs qbuscūqꝫ. Saluo tamen ⁊ retēto dnō comiti allesti ⁊ super dicta domo
p̄cōfroñ. suo semper directo dnō laudimio ꝯsilio iure fraudis cōmissiōis p̄la-
tiōe ⁊ auantagio ⁊ iure laudēdi ⁊ laudēduz ꝑcipiēdi sine cēsu. Hāc aūt vēdi-
tiōem fecit dict⁹ bertrād⁹ petri p̄facto egidio de grana pñti: ⁊ vtsꝫ stipulāti et
recipiēti ꝓ p̄cio ⁊ noīe p̄cij decē libraꝝ turoñ. qd̄ p̄ciū dict⁹ bertrād⁹ vēditor
ꝯfessus fuit se ab eodē egidio ēptore habuisse ⁊ integraliter recepisse exceptiōi
vero dicti p̄cij decē libraꝝ turoñ. ꝑ dictū bertrādū petri vēditorem ab eodem
egidio de grana emptore ñ habiti ⁊ nō recepti: speiqꝫ future habitionis ⁊ re-
ceptionis eiusdem ex causa p̄dicta ⁊ omni errori calculi Gratis ⁊ ex sua certa
scientia dictus bertrādus vēditor renūciauit: de quo qdē p̄cio: ꝯtēt⁹ existēs et
pro bene soluto pacato ⁊ satisfacto se reputans: dictum egidiū de grana em-
ptori pñtem stipulātē ⁊ recipiētez: vt supra ⁊ suos ac bōa sua ⁊ suoꝝ quitauit
liberauit penitus ⁊ in ꝑpetuū absoluit ꝑ acceptilationē inde subsecutā aqlia-
ñ stipulatione legitime precedeñ. Et cū pacto reali valido ⁊ solēni d̄ vlterius
aliqd plus ab eodē egidio ēptore neqꝫ a suis occasione dicti p̄cij decē librarū
turoñ. nō petēdo. Si vero dicta domus supra ꝯfroñ. ⁊ ꝑ dictū bertrādū pe-
tri p̄fato egidio de grana vēdita plus vꝫ de pñti aut in futuꝝ qñcūqꝫ plus va
lere poterit precio supradicto. Totuz illud plus valens quodcūqꝫ sit aut esse
poterit in futurum prefatus bertrandus petri venditor dedit donauit dicto
egidio de grana emptori presenti stipulanti ⁊ recipienti vt supra donatiōē pu-
ra mera simplici rata maneñ. ⁊ irreuocabiliter inter viuos etiam si illud plus
valens dimidiam excederet iusti precij sine vltra. Cōcedens dict⁹ bertrādus
petri venditor antedicto egidio de grana emptori pñti ⁊ vt supra stipulāti re-
cipienti: licentiam auctoritatem et speciale mandatum per se aut alium loco

sui quãdocũq; voluerit possessionẽ seu quasi domus p̃dicte supius vẽdite con
fron. et desinate accipiẽdi tpalẽ ciuilẽ et naturalẽ licen. eiusdẽ bertrãdi vẽdito
ris aut cuiuscũq; alterius psone seu curie minime petita requisita seu obtẽta.
Et quousq; eadẽ possessionẽ dictus egidius emptor adeptus fuerit constituit
se interim dictus bertrandus vẽditor dictam domũ p̃cario noĩe eiusdẽ egidij
emptoris tenere possidere seu quasi. Se et suos p̃nominatus bertrandus ven
ditor de dicta domo supius vẽdita cõfron. et designata deuestiẽs dictum egi
dium de graua emptorem p̃sentem stipulantẽ et recipiẽtem vt supra p tactuz
manuũ suarum: ⁊ dicti egidij emptoris inuestiuit de eadẽ plẽo iure. Promittẽs
antedictus bertrandus petri venditor dicto egidio d̃ graua emptori presenti
⁊ vt supra stipulanti ⁊ recipien. q̃ predictam domũ superius ꝯfron. ⁊ vendi
tam. Cum omnibus suis iurib⁹ ⁊ ptinen. faciet eidem egidio emptori ⁊ suis
in ppetuum successo. habere tenere ⁊ quiete ac pacifice perpetuo possidere. Et
q̃ ab omni persona contradicente molestante inquietante seu pturbãte aut ius
aliqd̃ in eadẽ domo se habere p̃tendẽte dictuz egidium emptorẽ ⁊ suos defen
det ⁊ amparabit defendereq; ⁊ amparare pmisit in iudicio ⁊ extra iudiciuz
suis ⁊ eoꝝ p̃fati bertrandi petri vẽditoris pprijs sumptib⁹ ⁊ expen. Et p oĩ
euictione totali ⁊ particulari ac pro obseruãtia oĩum ⁊ singuloꝝ p̃missorum
⁊ inferius expressandoruz ⁊ expen. inde fieri contingentibus. Prenominatus
Bertrandus petri venditor obligauit ypothecauit: ⁊ submisit penes dictum
egidium de graua emptorem presentem ⁊ vt supra stipulantẽ ⁊ recipientẽ õm
nia bona sua mobilia ⁊ immobilia presentia ⁊ futura viribus ⁊ compulsioni
bus curiarum dominarũ alesti pui sigilli regij montispli. conuẽtionum regia
rum nemo licet de priuilegijs seu libertatibus dictarũ cõuentionũ dicte ptes
nõ existãt. Et cuiuslibet alterius curie ecclesiastice ⁊ secularis pro execut one
premissorũ p̃eligẽde. Promisitq; dictus bertrandus petri venditor dicto egi
dio de graua emptori vt supra stipulanti ⁊ recipienti reddere ⁊ restituere om
nia ⁊ queçũq; instrumẽta publica antiqua que penes se habet ⁊ inueniri pote
rit ad dicta domũ superius venditã ⁊ cõfron. facien. ⁊ ptinẽtia sine aliquo gu
stu eiusdẽ egidij ẽptoris ⁊ suorum. Quam quidẽ vẽditionẽ ⁊ omnia vniuersa ⁊
singula in presenti publico instrumento cõtẽta prout ⁊ supius ⁊ inferius sunt
expressata. Prenominatus bertrandus petri venditor habens ratam gratã et
firmã rataq; grata atq; firma eã: ⁊ laudauit approbauit emologauit ratifica
uit ⁊ cõfirmauit. Promittẽs se nihil fecisse aut dixisse ĩ preteritũ; ⁊ q̃ nihil di
cet seu faciet in futurum propter quod predicta omnia ⁊ singula minorem in
aliquo obtineant vel habere debeant ppetui roboris firmitatem: vel q̃ cassari
irritari valeant quomodolibet vel rescindi. Sed ita predicta omnia ⁊ singu
la prout suprascripta sunt rata grata ⁊ firma semp hẽre eaq; teneẽ attẽdeẽ ⁊
obseruare: contraq; in aliquo nunquam facere dicere seu venire de iure vel d̃
facto: per se nec per aliquam aliam personam seu interponendam alicuius vł
aliquorum arte ingenio seu cautella: per solẽnem ⁊ validam stipulationem et
sub obligatione predicta dictus bertrandus petri vẽditor promisit dicto egi
dio de graua emptori presenti ⁊ vt supra stipulanti ⁊ recipienti. Et iurauit
ad ⁊ super sancta dei euangelia ab eodem corporaliter manu sua dextra gra
ta ⁊ tacta. Sub quo quidem iuramento ⁊ super predictis omnibus ⁊ singu
lis renunciauit se predictus bertrandus petri venditor gratis ⁊ scienter iu

ris et facti ignorantie:omnicq actiōi exceptiōi et deceptiōi doli mali fraudis vis metus erroris et in factum cōditioni indebiti sine causa vel ex iniusta causa fori priuilegio petitiōi libelli et oblationi eiusdē decem et viginti dierꝫ indu ciis feriisq̄ messiū et vindemiaꝝ. Et oi alij dilactiōi tēporis iurisq̄ dicēti vēditorē deceptum in contractu venditōis vltra dimidiā iusti. p̄cij posse agere ꝯtra emptorē ad rescidēdū vēditionis cōtractum vel ad iusti precij supplementū ageñ. Et generaliter omni alij iuri cāonico et ciuili nouo ꝛ veteri:scripto ꝛ non scripto quo vl̄ quibus mediañ. contra predicta aut ex eis aliqua venire posset vel in aliquo se iuuare defendere seu tueri. De quibus omnibus ꝛ singulis supradictis dictus egidius de graua emptor petijt. Et dictus bertrandus petri venditor sibi fieri cōcessit publicum instrumentum seu publica instrumenta:vnum vel plura per me notariū publicum infrascriptū. Acta fuerunt hec apud alestum in operatorio mei notarij infrascripti p̄sentib⁹ testib⁹ ad p̄missa vocatis guillelmo de lacu laboratore bernardo pinandi textore andrea ribas corraterio dicte ville alesti. ꝛ me. S. m. publico auctoritate regia nota. qui de predictis omnibus requisitus notam recepi. A qua quidē nota hoc verum ꝛ publicum instrumentum manu propria extraxi scripsi ꝛ in hanc publicam formam redegi. Et deinde facta diligenti collatione de presenti instrumento cum predicto eius signo meo cōsueto signaui in fidē ꝛ testimoniū omniū singulorum premissorū. Et nota ꝙ aliqui faciunt differentiā iter domum ꝛ hospiciū:q2 domus dicitur vbi quis magnā ꝛ longam moram trahit:hospicium autem dicit̄ vbi viator recipitur ꝛ inde dicitur hospes. Et ideo notanter posui in forma preceden. domū ꝛ non hospiciū.

¶ Forma instrumenti venditionis plurimū rerū imobiliū magni precij.

In dei noīe amen. Anno ꝛc. Nouerint vniuersi ꝛc. ꝙ nobilis vir Johānes de sctō baudilio al's rochefort prochie sci martini de rossono vticeñ. diocesis ob suā ꝓut asseruit euidētē vtilitatē ꝛ argētem necessitatem ac pro suis negocijs melius peragendis ꝛ expediēdis bona fide et sine dolo ꝛc. tenore ꝛc. vendidit ꝛc. nobili Raymōdo de ꝯfanicis loci de becamilio prochie sci andree ꝺ salindris dicte diocesis vticēsis presenti stipulāti ꝛc. ad oēs suas ꝛc. videlꝫ totum quoddā hereditagiū qꝺ dict⁹ nobilis Johānes habet et possidet suiq̄ p̄decessores a quibus causam habet habebāt et possidebāt in loco de seruassio eiusdeꝫ diocesis vticeñ. in quo quedam hereditagio siue facto sunt dom⁹ casature curtilia:caralia:horti:vinee:terre laboratiue siue cultiue:et terre hereme:prata oliuare de nemoria:denesia:pascularia censsus:redditus:pensiones:vsatica:iurisdictiones seu ꝺ pedagia:et p̄dia alia siue bona res et iura tam mobilia quā imobilia. Et generaliter qcquid iuris amplius hꝫ dictus nobilis Johānes in loco p̄dicto de seruassio ac territorij pertineñ. eiusdem. Cum omnib⁹ omnium premissorum iurib⁹ pertineñ. et onerib⁹ vniuersis. Saluo tamē ꝛ retēto l et super omnibus predictis vēditis dño nostro regi suo dominio:ꝛ in omnibus iure suo. hanc autē vēditionē fecit p̄fatus nobilis Johānes de sancto baudilio p̄fato nobili Raimōdo de ꝯfanicis p̄nti ꝛc. pro precio ꝛ noīe p̄cij trecentarū ꝛ quinquaginta libraꝝ turoneñ. mōete regie nūc in p̄senti francie regno cursuꝫ habētes. Quod quidē p̄cium dictus nobilis Johannes venditor confessus fuit se ab eodem nobili Raimondo em

ptorem habuisse: ⁊ realiter numeratio recepisse tam in scutis auri quã in mone‑
ta regia argentea per dictum nobilem. Raymundus dicto nobili Johanni ibi‑
dem numeratis ⁊ traditis: ⁊ per eũdem nobilem Johanne habitis ⁊ receptis
in presentia mei notarij publici ⁊ testium infrascriptorũ. Exceptioni vero di‑
cti precij trecentarum ⁊ quinquaginta librarum turonẽ per dictum nobilem
Johannem de sancto baudilio venditorẽ ab eodẽ nobili Raymondo de con‑
sanicis emptore per modum predictum nõ habiti ⁊ nõ recepti speiq; futur ha‑
bitationis ⁊ receptionis eiusdem ex causa predicta: ⁊ omni errori calculi gra‑
tis: ⁊ ex sua certa scientia dictus nobilis Joãnes vẽditor renũciauit. De quo
quidem precio cõtẽtus existens: ⁊ pro bene soluto pacato: ⁊ satisfacto se repu‑
tans dictum nobilem Raymundum de consanicis emptorem presentem: sti‑
pulantem ⁊ recipiẽtem: vt supra ⁊ suos ac bona sua ⁊ suorum: quitauit: libera‑
uit: penitus imperpetuum: ⁊ absoluit per acceptilationem inde subsecutã aqui‑
liana stipulatione legitime precedeñ. ⁊ pacto reactio validior ⁊ solẽni de vlte‑
rius aliquid plus ab eodem nobili Raymundo emptore neq; a suis occasio‑
ne dicti precij trecentarũ ⁊ quinquagita librarũ turonẽ. nõ petẽdo. Si vero di‑
ctũ hereditagiũ supra mẽtionatũ: ⁊ p dictum nobilem Johãnem de scõ bau‑
dilio prefato nobili Raymũdo de cõsanicis venditum cum bõis rebus: ⁊ iu‑
ribus predictis plus valet de pñti. aut in futurũ quãq; plus valere poterit pre‑
cio supradicto: totũ illud plus valens quodcũq; sit: aut esse poterit i futurum
prefat⁹ nobilis Johãnes de sancto baudilio venditor dedit dõauit dicto no‑
bili Raymũdo de cõsanicis emptori pñsenti stipulãti ⁊ recipiẽti: vt supra do‑
natiõe pura: mera: simplici: rata: manen. ⁊ irreuocabili inter viuos: ẽt si illõ pl⁹
valens dimidiã excederet iusti precij siue vltra. Cõcedẽs dict⁹ nobilis Johã‑
nes de scõ baudilio vẽditor antedicto nobili Raymũdo de cõsanicis empto‑
ri pñti ⁊ vt supra stipulãti ⁊ recipiẽti licẽtiã auctoritatẽ: ⁊ speciale mãdatũ p
se aut aliũ loco sui quandocũq; voluerit possessionẽ seu quasi hereditagij pre‑
dicti cum bonis rebus ⁊ iuribus predictis accipiendi corporalem ciuilem ⁊
naturalem licentiam eiusdẽ nobilis Johãnes venditoris: aut cuiuscũq; alte‑
rius persone seu curie minime petita requisita seu obtenta. ⁊ quousq; eandẽ
possessionem dict⁹ nobilis Raymũd⁹ emptor adeptus fuerit: constituit se in‑
terim dict⁹ nobilis Johãnes venditor dictum hereditagium cum bõis rebus
⁊ iuribus predictis precario noĩe eiusdem nobilis Raymundi emptoris te‑
nere ⁊ possidere seu quasi se ⁊ suos prenominatus nobilis Johãnes d̃ sancto
baudilio venditor: ⁊ de dicto hereditagio bonisq; rebus ⁊ iuribus predictis
per eum prefato nobili Raymundo de consenicis superius venditis inuestiẽs
dictũ nobilem Raymundum de cõsanicis emptorem presentẽ stipulantem ⁊
recipientem: vt supra per tactum manuum suarũ: ⁊ dicti nobilis Raymundi
emptoris inuestiuit de eodem pleno iure: Promittens antedict⁹ nobilis Jo‑
hannes de sancto baudilio venditor dicto nobili Raymundo de consanicis
emptori presenti ⁊ supra stipulãti ⁊ recipienti: q̃ predictum hereditagium cũ
bonis rebus ⁊ iuribus predictis faciet eidem nobili Raymundo emptori:
⁊ suis in perpetuum successoribus habere tenere ⁊ quiete ac pacifice perpe‑
tuo possidere: ⁊ q̃ ab omni persona cõtradicente: molestante: inquietante: seu
perturbante: aut ius aliquod in eodem hereditagio se habere pretenden. di‑
ctum nobilem Raymundum emptorem: ⁊ suos defendet ⁊ amparabit: defen‑

dereq̃ ⁊ amparare promisit in iudicio: ⁊ extra iudicium suis ⁊ suorum p̄fa
ti nobilis Joannes de sancto baudilio venditoris proprijs sumptibus ⁊ ex
pēsis. Et pro omni euictione totali ⁊ particulari ac pro obseruātia oim̄ ⁊ sin
gulorum premissorum: ⁊ inferius expressandorum ⁊ expen̄. inde fieri ꝯtingen̄.
Prenominatus nobilis Johānes de scō baudilio vēditor obligauit: ypoteca
uit: ⁊ submisit penes dictum nobilem Raymondū de cōsanicis emptorem p̄
sentem: ⁊ vt supra stipulantem ⁊ recipientem psonam suam ꝓpriam ⁊ oia bo
na sua mobilia ⁊ immobilia p̄sentia ⁊ futura virib⁹ compulsionib⁹ carcerib⁹
⁊ arrestis curiarum parui sigili montispessulani cōuentionum regiarum. licet
de priuilegijs seu libertalibus dictarum conuentionum dicte partes nō existāt
Pone alias curias si partes cōuenerint alias apponi. Et oim̄ aliarū curiaꝝ
ecclesiasticarum ⁊ secularium ad q̄s quas dictus nobilis Raymōdus emptor
vel sui pro premissis recursum habere voluerit. Fuitq̃ actum ⁊ cōuentum de
pacto expresso solemni stipulatione valido inter dictum nobilem Johānez de
sancto baudilio vēditorem ex vna parte: ⁊ dictum nobilē Raymondū de cō
sanicis emptorem ex parte altera. Quod si ex causa quo in futurum quando
cunq̃ contingeret litem questionem controuersiam seu demādam moueri in
⁊ super hereditagio siue facto predicto superius mēcionato ⁊ vendito: aut ali
qua eius parte cōtra dictum nobilem Raymondum de consanicis emptorē
aut suos vel ab ipso causam habentes per quascunq̃ personas in iudicio: vel
extra per simplicem conuentionem seu libelli oblationem aut alias quouismo
do: quod dictus nobilis Joānes vēditor: ⁊ sui in futurū successores teneātur
⁊ debeāt icōtinēti facta eis sūmaria denūciatiōe cum aut sine scriptura pu.
seu priuata dictam litē qōnem siue causam: ⁊ onus prosecutiōis ⁊ defensiōis
eiusdem i se suscipere: illamq̃ defendere ꝓsequi ⁊ litigare suis ꝓprijs sumpti
bus ⁊ expēsis vsq̃ ad finem. Non obstan. iuribus dicen. ꝙ emptor tenet pri
mam emptionis causaꝫ sumptibus suis prosequi ⁊ litigare vsq̃ ad primā sen
tentiam inclusiue quib⁹ iurib⁹ ⁊ alijs quibuscūq̃ ad p̄dict[illegible] facientibus: ⁊ qui
bus se i hoc casu iuuare posset dictus nobilis. Johānes vēditor nunc pro tūc
gratis renunciauit ⁊ pro renūciatione haberi non voluit ⁊ promisit. Si vero
facta huiusmodi denūciatione prefatus nobilis Joānes vēditor: aut sui in fu
turum successores dictam causam litē siue questionē i se suscipe nollet: aut pl⁹
debito differret idē nobilis Johānes de scō Baudilio vēditor nūc vt ꝓ tunc
voluit et exp̄sse consensit ꝙ dictus nobilis Raymūdus de ꝯsanicis emptor
et sui dicto casu adueniēte possint et valeant de et super dicte lite causa siue q̄
stione cum parte seu partibus ipsam litem causam siue questionē mouen̄. com
ponere: trāsigere: compromitter: pacisci: et cōcordare eis meliorib⁹ via: modo:
⁊ forma quibus de iur̄ vel alias fieri poterit: ꝓmittēs p̄fatus nobilis Johan
nes d̄ sancto baudilio vēditor dicto nobili. Raymondo de consanicis ēptori
p̄senti: et vt supra stipulanti et recipiēti se ratum gratum et firmum: nunc vt
pro tunc ꝑpetuo habiturum omne id et quicquid p eundē nobilē respōde ēpto
rē aut suos successores: in et sup p̄missis casu p̄dicto conuētum: transactum:
compromissum et cōcordatum fuerit: et eo casu quo ꝓ ꝓmissis seu eoꝝ occa
sione aut ꝓ supradicto h̄editagio siue facto: et eius iurib⁹ defendēdis dictū
nobilē rāde de ꝯsanicis emptorē aut suos successores: vel ad ipso causam ha
bētes aliquas expen̄. damna vl̄ interesse facere pati aut sumere ꝯtingeret. Con

pmittēdo:trāsgrediēdo:cōponēdo:seu concordādo:causamq̄ litē siue questionem predictam prosequēdo τ litigādo:aut alias quouismō in iudicio siue extra. Oēs illas expēn. τ omnia illa dampna: τ īteresse pfactus nobilis Johāes de sancto bandilio venditor promissit: τ ꝯuenit dicto nobili Raymōdo de cōsanicis emptori τ vt supra stipulāti τ recipiēti soluere:emēdare:reficere: τ itegraliter resarcire: τ de illis ac eoꝝ quātitatibus dicto nobili Raymōdo ēptori: τ suis credere suo solo sumplici verbo siue iuramento testibus aut alio quocūq̄ generꝭ probationis.promisitq̄ vlterius dicto Raymōdo nobilis Johānes.venditor prefacto nobili emptori.vt supra stipulanti τ recipiēti quod presentem vēditionē: τ omnia in eidē ꝯtēta eidē nobili Raymōdo: τ sua laudari:approbari:ratificari: τ cōfirmari faciet per nobilem Cath.de montegrosso vxorem suam: τ per quascūq̄ personas ius aliquod actionem seu demandam habeñ.seu habere pretendeñ.in hereditagio superius venditio.Et q̄ omne illud ius actionem seu demandam eidē nobili.rndeo. τ suis quitari : cedi τ remitti faciet mediante publico instrumēto iuramēto renūtiationis τ alijs clausulis cōuenientibus τ opportunis roborato:dum τ quando ac totiēs quotiēs per dictum nobilē.respondeo.vl' suos fuero requisitus Quāquidē vēditionem τ oīa vniuersa τ singula in p̄senti publico instrumēto contētaprout superius τ iferiꝰ sunt expressa.prenominatus nobilis Johānes de sancto bandilio vēditor habēs ratam:gratam τ firmam:rataq̄ grata atq̄ firma.eas τ ea laudauit:approbauit:emologauit:ratificauit: τ confirmauit.Promittens se nihil fecisse aut dixisse in preteritum: τ q̄ nihil dicet seu faciet in futurum pp quod p̄dicta omnia τ singula minorē in aliquo obtineant vel habere debeant ppetui roboris firmitatē:vel q̄ cassari irritari annulari valeant quomodolibet vel resciēdi.Sed in p̄dicta oīa τ singula:ꝓut suprascripta sūt rata: grata: τ firma semp haberꝭ eaq̄ tenere:attēder τ obseruarꝭ.Cōtraq̄ in aliquo nūq̄ facerꝭ:dicere:ꝓuenirꝭ:ꝺ iure:vel de facto p se:nec p aliquam psonam iterpositam seu interponēdam alicuius vel aliquorum arte īgenio seu cautella p solemnē τ validam stipulationē: τ sub obligatiōe:predicta p̄fatus nobilis Johannes de sancto bandilio vēditor ꝓmissit supradicto nobili Raymōdo de sanicis emptori p̄senti stipulanti τ recipiēti:vt supra.Et iurauit ad τ super scā dei euāgelia ab eodē corpalr̄ manu sua dextra gratis tacta.Sub quo q̄dē iuramēto: τ super p̄dictis oibꝰ τ singulis renunciauit sepedictꝰ nibil Johānes de scō bandilio vēditor gratis τ scienter iuris τ facti ignorātie omniq̄ actiōi:exceptioni: τ deceptioni:doli:mali:fraudis:vis:metus coeum τ in factum cōditioni in debiti siue causa ex iniusta causa : fori priuilegio petitioni libelli τ obligationi eiusdem decem τ viginti dierum inducijs ferijsq̄ messium τ vindemiarū : τ oī alij dilationi tpis iuriq̄ dicenti venditorem deceptum in contractu vēditionis vltra dimidiam iusti p̄cij posse agere contra emptores ad restituēdum vēditionis contractum:vel iusti precij suplementum:necnon exceptiōi non sic celebrati τ initi cōtractus: τ aliter fuisse dictū τ conuētū q̄ scriptum τ recitatum vel econtra:Et generaliter omni alij iuri canonico τ ciuili nouo τ veteri: scripto et non scripto diuino et humano promulgato et nō promulgādo quo vl' qbus mediāte.cōtra predicta aut ex eis aliq̄ vēire possent:vl' aliquo se iuuare defendere seu tueri.Quā generales renunciationē tm̄ valere voluit p̄fatus nobilis Johānes de scō bandilio venditor:ac etiam operari ac si cuilibet legum

rtratio ni:vsui:consuetudini: privilegio ꝛ statutum esset per eum specialiter ꝛ expresse renunciatum. de quibus omnibus ꝛ singulis supradictis pfatus nobilis Raymũdus de cōsanicis ēptor petijt Et dictus nobilis Joānes de sancto baudilio venditor sibi fieri cōcessit publicum instrumentuз seu publica instrumenta vnum vel plura: p me notarium publicum infrascriptum quod seu que possunt ꝛ valeant dictari: corrigi: refici: meliorari. ꝛ emēdari: dictiones et clausulas iuris necessarias addendo: ꝛ supfluas si que fuerint resecādo. Ipsis productis in iudicio vel non productis. Ante vel post litis contestationeз seinel ꝛ pluries quouisqȝ in iudicio ꝛ extra iudicium obtine plenum robur. Ad sensum dictamen consilium et intellectum vnius vel plurium in iure peritorū facti tamē substantia in aliquo non mutata. Acta fuerunt hec in loco supradicto ð seruassio et in quadam domo hereditagij superius vendidi pñtibus testibus ad pmissa vocatis Laurētio ꝯstantij Antonio amalrici eiusdem loci de Seruassio pontio boni hominis parrochie de rossono predicte. Et me. S. m. publico auctoritate regia notario qui de premissis omnibus requisitus notaз recepi a qua quidem nota hoc verum et publicum instrumentum p fidē clericuз mihi in hac parte substitutum: ꝛ iuratum extrahi: scribi: ꝛ in hanc publicā formam redigi feci: et deinde facta diligēti collatione de pñsenti instrumento cuз predicta eius nota hic manu propria me scripsi signoque meo cōsueto signaui: in fidem ꝛ testimonium omnium ꝛ singulorum pmissorum.

¶ Emologatio siue ratificatio venditionis rei immobilis.

IN dei nomine amen. Anno ꝛc. Nouerint ꝛc. qꝫ in presentia mei notarij publici: ꝛ testium infrascriptorum existēs. ꝛ personaliter cōstitutus Andreas filius Antonij maior prout suo iuramēto asseruit viginti. minor vero vigintiquinqȝ annis certus et certificatus: vt dixit de qdaз venditione nup facta p dictum Antonium eius patrē Martino de petra bella de quadā vinea sita in tali territorio cōfroñ. sic et sic pcio quindecim libraruз turoñ. put plenius constat in instrumēto publico p taleз notarium in notam sumpto sub anno ꝛc. Igitur de et cum voluntate licentia et auctoritate dicti Antonij patris sub ibidem presentis licentiamqȝ auctoritatem eideз Andree filio suo quo ad omnia et singula infrascripta pagenda dantis: et concedētis prout ita dictus Antonij in pñsentia mei notarij publici et testiuз infrascriptorum asseruit fore verum renuncians minoris etatis: et in integrum restitutionis beneficio bona fide: et sine dolo p se et suos heredes et i futurum successores quoscūqȝ nō inductus: nō seduct⁹: vi: dolo: metu verbis blandis: aut alias machinose circōuentus sed gratis scienter beneqȝ consultus et premeditat⁹: vt dixit nō errans neqȝ deceptus in iure vel in facto suis sꝫ de vtroqȝ certioratus put asseruit plenius instructus: et tenore huius veri et publici instrumēti mandato suo confecti firmiter ppetuo valituri venditionem predictam per dictum Antonium patrem suum prenominato Martino de vinea supius cōfroñ. et designata vt premittitur factam: ratam gratam: et firmam habendo ipsarum: et omnia in eadem conteñ. dicto Martino emptori ibidem pñsenti stipulanti solemniter et recipienti pro se et suis heredibus et successoribus in futurum vniuersis laudauit: approbauit: emologauit: ratificauit: et confirmauit: et nihilomin⁹ dedit: cessit remisit: qtauit: et penit⁹ ppetuo desamparauit titulo donationis: cessionis: et remissionis: pure vł pfecte simplicis: ꝛ ate gratamaa

nisi. et irreuocabilis qua sit et fieri dicitur inter viuos nullo iure: nullaqȝ cau-sa ingratitudinis: aut alias quouismodo in posterum reuocāde antedicto martino de petrabella presenti: et vt supra stipulanti et recipienti oīa vniuersa et singula iura omnesqȝ omnino actiones: petitiones: et demandas reales: psonales: mixtas. vtiles et directas: ciuiles: ptorias: ac alias quacūqȝ q̄ et q̄s dict⁹ andreas habet et habere pōt: et dȝ aut visus est habere: sibiqȝ competunt seu competere possunt et debent nunc: et in futurum et insuper vinea predicta tam rōne et ad causam donationis inter viuos et propter nuptias olim per dictum antoniuȝ eius patrem sibi facte de medietate bonoꝝ suoꝝ quod alias quouismodo causisqȝ rationibus titulis medijs seu occasionibus quibuscunqȝ. Super qui-busdam iuribus: actionibus: petitionib⁹ et demandis predictis per dictū an-dream prefato Martino supra donatis: cessis et remissis dictus andreas fecit et constituit eundem Martinum presentem: et vt supra stipulantem et recipientē verum dominum et procuratorem legitimum vt in rebus suis proprijs legi-time constitutum: ita quodam modo et deinceps dictus martinus possit et va-leat pro dictis iuribus: actionibus: petitionibus: et demandis: in quocunqȝ iu-dicio: et extra directe et vtiliter agere et experiri: Excipereqȝ: componere tran-sigere: compromittere: pacisci et concordare: et cetera omnia et singula face-re: dicere: et exercere: que quilibet verus dominus et procurator legitimus de rebus suis proprijs in eisdem legitime constitutus facere: dicere: et exercere potest et debet. Et qui ipsemet Andreas ante huiusmodi emologationem seu ratificationem cessionemqȝ facere dicere et exercere poterat et potuisset. Se et suos pronominatus andreas de iuribus actionibus petitionibus et demā-dis predictis per eum dicto Martino supra donatis cessis et remissis disue-stiens dictum Martinum psentem stipulantem et recipientem: vt supra per ta-ctum manuum suarum: et dicti martini inuestiuit ī eisdē pleno iure. pmittēs isup pfactus Andreas se nihil fecisse aut dixisse ī preteritū: et nihil dicet seu faciet in futurum propter quod predicta omnia et singula minorem in aliquo obti-neant vel habere debeant perpetuo roboris firmitatem: vel q̄ cassari irritari annullari valeat quomodolibet vel rescindi. Sed ita predicta omnia et singu-la prout suprascripta sunt tetagrata et firma semper habere: eaqȝ tenere attē-dere et obseruare: contraqȝ in aliquo nunqȝ facere dicere seu venire: de iure vel de facto per se. nec per aliquam aliam personam inter positam seu interponē-dam alicuius vel aliquorum arte ingenio seu cautella per solennem et validā stipulationem: et sub obligatione omniuȝ bonorum suoꝝ mobiliū et immobili-um: presentium et futuroꝝ dictus andreas promisit dicto martino presenti et vt supra stipulanti et recipienti. Et iurauit ad et super sancta dei euangelia ab eodē corporaliter manu sua dextra gratis tacta: renūciās. inde super pre-dictis omnib⁹ et singulis et specialiter Sub dicto iuramento gratis et scien-ter iuris et facti ignorātie omniqȝ actioni et exceptioni et deceptioni doli ma-li fraudis vis met⁹ erroris. et in factū cōditioni indebiti sine causa: vel et iusta causa fore priuilegio petitioni libelli et oblationi eiusdeȝ ferijs et inducijs qui-buscūqȝ: et ceteris iuris et facti auxilijs bñficijs et remedijs. quib⁹ mediante. contra predicta aut et eis aliqua venire posset: vel in aliquo se iuuare defende-re seu tueri. De quibus omnibus dictus Martinus petijt sibi fieri publi-cum instrumentum seu publica instrumenta: vnum vel plura per me nota-

um publicum infrascriptum. Acta fuerunt hec &c. Et nota q quādo fit ratificatio alicuius venditionis seu alienationis: vel fit incontinēti vel post aliquod temporis interuallum. si incōtinenti & p eundem notarium tunc nota. Post recitationē contractus venditionis incipiet cōtractum ratificationis hoc modo. Et ibidem incontinenti anteq̄ partes predicte ad alios actus se diuerterent talis filius vel vxor &c. dicti nobilis venditor constitutus: vel constituta personaliter in presentia mei nota. &cet. Ut in preceden. forma. Si vero fiat post interuallum temporis per eundem notarium: tunc notarius icipiet istrumētum huiusmodi ratificatiōis hoc modo. Postq̄ vel subsequēter āno quo supra & die &c. vel āno icarnationis domini millesimo &c. si non fiat in eodē anno. Et iunget notarius huiusmodi instrumenta in eadē carta cum iuramēto venditionis vel alieatiōis. Si autem ratificatio recipiatur per alium notariū q̄ per illum qui instrumentum alienatiōis recepit: tūc incipit instrumentū: vt in preceden. forma. Et si sit vxor vel filia vel alia mulier que ratificet auctorisetur per patrem si patrem habeat et per maritum: et si non habeat patrem sed auum paternum p illum auctorisetur. Et etiā si patrem habeat & auum paternum. Quia tunc erit in potestate aui & nō patris. Item renunciet talis mulier specialiter & expresse per nota. debite certiorata ypotechārum sue dotis & omni alij iuri in fauorem mulieris introducto &c. Unde pro pleniori declaratiōe sciendum est q persone que huiusmodi alienationibus seu traditionibus consentire habent: quedam sunt que habent ius in re alieāta ex obligatiōe vel hypotheca vt puta vxores nurus creditores & huiusmodi. quedam sunt que habēt ex speciali causa speciale & priuatū ius sicut legatarij fideicōmissarij & vsufructuarij. quedam sunt que habent ius dominij & proprietatis siue idem ius quod habent venditores siue alienatores: vt sunt fratres et sorores alienātis que omnes supradicte persone pro securitate emptoris debēt huiusmodi vēditionibus et alienationib⁹ cōsentire: & iura remittere: vt est dictū. Et si sint p̄sentes in ɔtractu alienatiōis ibidē ɔsentire debēt. Si vero absentes sint venditor siue alienator debent promittere & se obligare de faciēdo & procurādo cū effectu facere per easdē p̄sonas ratificari & consentire alienatiōi: & sua iura remittere emptori cū publico istrumēto: put inferius i formis istrumētorū vēditionū & aliarum alienationum plenius ostēdetur.

¶ Forma istrumēti vēditiōis & noue impositionis seruitus vrbane & rustice.

In dei noīe amē. Anno &c. Nouerint &c. q antonius talis loci bona fide p se et suos &c. Tenore hui⁹ veri et publici instrū &c. in p̄sentia mei nota. &c. vēdidit assignauit tradidit seu quasi et ppetuo cessit titulo pure vere vēditiōis &c. andree. eiusdē loci pn̄ti &c. vt i alijs vēditiōibus videlz ius seruitutē et explētā imittēdi ac tenēdi quoscunq̄ trabes inuctos siue ligna i pariete siue muro dom⁹ ipsius antonij ɔtingue domui dicte andree: q̄ quidē domus dictorū antonij: et andree sunt situate in tali carreria: & ɔfrontātur sic & sic. Et hoc quotiēscūq̄ et qñcūq̄ op⁹ fuerit: et dicto ādree placuerit huiusmodi trabes ligna siue fustes imittere seu ipigere i pariete siue i muro dōus p̄dicte dicti ātōij: sua auctoritate ppria: et hoc vsq̄ ad medius dicti muri absq̄ tū ruia seu graui d̄trimēto dicti muri. Itē plus vēdidit et assigna p vt s̄ p̄fatus antonius eidē ādree stipulantis &c. ius seruitutem et explecbā

stillandi siue diriuandi:⁊ recipiendi aquas pluuiales ex dicta domo ipsius an
dree supra tectum domus predicte eiusdem antonij:videlicet a tali pte ⁊c.vel
in tali curia siue viridario dicti antonij cõtigua:vel cõtiguo dicte domui eius
dem andree. Item plus vendidit ⁊ assignauit:ꝑut supra iter ⁊,actuȝ insuꝙ ser
uitutẽ explebã eũdi ⁊ agendi in quodam campo:⁊ p ipsum campum dicti an
tonij in tali territorio sic ⁊ sic ꝯfroñ.ad quandam vineam dicti andree sitam
in eodẽ territorio iuxta campum predictum:⁊ hoc a latere dicti campi quod ẽ
a parte orientis per viam latitudinis quinꝙ palmorum quantum protẽditur
ipse campus. Ita ꝙ ipse andreas ⁊ eius heredes ac successores possint ⁊ va-
leant deinceps per inꝑpetuum libere per dictam viam:⁊ per domum quan-
docũꝙ:⁊ quotienscũꝙ voluerint ad campum vel vineam predictã ire agere
transire ⁊ redire cum ꝑsonis ⁊ animalibus oneratis vel non oneratis. Dans
cedens ⁊ concedens idem antonius dicto andree:vt supra stipulante plenum
ius dicti itineris actus ⁊ vie:⁊ huic cõditioni ⁊ seruituti ꝑdictum suum cam
pum ꝑpetuo subijciens. Hanc autem ꝑdictaruȝ seruitutum venditionem fe-
cit dictus antonius prefato andree presenti ⁊ vt supra stipulanti ⁊ recipienti
pro precio,⁊ nomine precij viginti librarum turoñ.quod preciuȝ ⁊c.vt in alijs
venditionibus. Et nota ꝙ iter actus ⁊ via in hoc differunt:qa iter est ius eun
di tantum vel ambulandi tantum.actus vero,est ius agendi ⁊ non eundi age
re enim est re aliquid ducere:puta vehiculum siue animal oneratum. Via au-
tem est ius ⁊ eũdi ⁊ ambulandi:⁊ agendi:non tamẽ via est iter vel actus:licet
contineat iter ⁊ actum. Nã si esset iter esset ius dũtaxat eundi. Si actus esset
ius agendi tantum:quandoꝙ tamen actus potest esse sine itinere quod ẽ ius.
Nam ⁊ iter interdum non est ius nisi fuerit constitutum.vnde ipsum iter per
quod iter siue soluȝ vulgariter vocatur trames:callis:via.semita.iter possunt
et constitui alie seruitutes sicuti aqueductus ⁊ similes sequẽdo formã ꝑdictã
secundum naturam ⁊ exigentiam talium seruitutum.

¶ Forma instrumenti venditionis vsusfructus domus vel predij rustici.

In dei nomine amen. Anno ⁊c. Nouerint ⁊c.ꝙ anto
nius in talis loci.bona fide ⁊c.per se ⁊ suos ⁊c.vendidit ⁊ ad tps infra
scriptũ tradidit:⁊ desamparauit andree talis loci ꝑsenti stipulãti ⁊ cetera vȝ
omnes ⁊ singulos fructus ⁊ vsusfructus cõmoditates:vtilitates ⁊ guasitas
siue exitus ac perceptionẽ eorũdẽ cuiusdã domꝰ cum viridario dicte domui a
parte retro contiguo situate in tali loco confroñ.⁊c. Item cuiusdam campi ⁊
cuiusdam vinee eidẽ campo contiguo situatorũ in tali territorio confrontato
rum ⁊ cetera. Ad ⁊ per tempus nouem annorũ hodie incipiendoꝝ ⁊ in simili
die de dictis noueȝ annis reuolutis ⁊ completis finiẽdorũ. Et hoc ꝑ precio ⁊
nomine precij vniuersalis dictorũ nouem annoꝝ viginti librarũ turoñ.quod
precium dictꝰ antonius venditor confessus fuit se ab eodem andrea emptor-
re habuisse ⁊ recepisse in moneta regiatam aurea quã argẽtea p dictũ andreã
eidem antonio ibidem realiter numerata,tradita ⁊ ꝑsoluta:⁊ per dictũ anto-
niũ habita recepta ⁊ in presentia mei notarij publici ⁊ testium infrascriptoꝝ.
Et nota ꝙ aliquando paciscit inter partes:ꝙ vẽditor teneatur soluere onera
annua rerũ quarũ vsusfructus vendunt:quia nisi hoc actũ emptor tenebit di
cta onera supportare:sicuti sunt census ꝑsiones tales ⁊ similia. Exceptioi ve

ro dicti precij.xx.librarum turon.per dictum antonium venditorem ab eodē andrea emptore non habiti &c.vt in alijs vēditiōib⁹. Si vero dicti fruct⁹ vsu fructus:cōmoditates vtilitates:et gausite superius vēditi plus valent de presenti:aut in futurū p totū tempus nouē annarum predictum plus valere poterat predicto pcio supradicto totum illud plus valens &c.vt in alijs vēditionib⁹ realiter obtinere. Cōcedens antedict⁹ antonius venditor prefato andree emptori presenti stipulanti & recipienti i vt supra licentia auctoritatē:et speciale mandatum per se aut aliū loco sui quādocūqz voluerint possessionē seu quasi fructuū et vsufructuū predictorum:et eorum perceptionis accipiendi corporalem illosqz pcipiendi:leuādi:et suos faciēdi p totum tempus superius expressatum licen.eiusdem antonij vēditoris aut cuiuscūqz alterius psone seu curie minime petita requisita seu obtēta. Et donec idem andreas dictam possessionem:vel quasi adeptus fuerit cōstituit se interim dictus antonius vēditor pdictos fructus et vsufructus noie precario eiusdē andree emptorem tenere & possidere seu quasi se & suos prenominatus antonius venditor de fructibus cōmoditatib⁹:vtilitatibus:& gausita siue exituris predictis per eum dicto andree superius venditis per totum dictum tempus nouē annorum disuestiens dictum andream presentem stipulantē & recipientē:vt supra p tactū manunz suarum & dictum andream inuestiuit de eisdē. Promittens prefatus antoni⁹ vēditor antedicto andree emptori presenti & vt supra stipulanti & recipienti qꝫ dictos fruct⁹:vsufruct⁹:commoditates:vtilitates: & gausitas faciet eidem andree emptori:& suis p totum dictum tempus nouem annorum habere:tenere: pcipere & pacifice possidere:& qꝫ ab omni persona contradicte:molestante:inquietante seu perturbante:aut ius aliquod in eisdem fructibus & vsufructib⁹ se habere pretēden.dictum andream emptorē:& suos defendet & amparabit: defendereqz & amparare promisit i iudicio & extra iudicium suis & suorū prefati antonij vēditoris pprijs sumptibus & expēsis. Et p omni euictione &c.vt in prima forma vēditiōis rei immobilis vsqz ad finē. Et nota qꝫ aliqñ emptor vsumfructuū nō soluit realiter pcium talis vēditiōis:lꝫ vēditor in vēditiōib⁹ instrumento illud confiteatur habuisse:& hoc sub spe future eiusdem precij habitionis et receptionis. Et tunc emptor se obligat soluere dictū preciū vēditori terminis et solutionibus inter eos conuentis:cuius formam ponam ifra in contractu siue capitulo obligationū.

¶ Forma istrumēti vēditionis et impositionis noui censu.

In dei nomine amen. Anno &c. Nouerit &c. qꝫ antonius talis loci sciēs et attēdēs dixit se habere et possidere in puro et frāco alodio quandam terre peciam:partim laboratiuam siue cultiuam:et ptim vineatam situatam in tali territorio cōfron.et cetera quā quidem terram dict⁹ antonius asseruit esse francam:quittamqz et absolutam ab omni cēsu:pensiōe: annone:aut alia seruitute annua quacūqz et a nemine in emphiteosim teneri. Igitur ob suam vt asseruit euidētē vtilitatem et vrgētem necessitatem:ac pro suis negocijs melius pagēdis et expēdēdis bona fide et sine dolo p se et suos hdes:et i futurum successores quoscunqz tenore huius veri:et publici istrumēti mādato suo cōfecti firmiter ppetuo valiturr:ac in psentia mei notarij publici: et testiū ifrascriptorum vendidit:assignauit.et de nouo iposuit tradidit seu qua

ſi ac nūc penitꝰ ꝑ imperpetuū deſāparauit:⁊ titulo vere pure ꝑfecte ⁊ irreuo
cabilis vēditiōis. aſſignatiōis:⁊ noue impoſitiōis:tradidit ſeu quaſi tradidit
⁊ ꝯceſſit ac nunc penitus ꝑ imperpetuum deſāparauit andree talis loci ꝑſen
ti ſtipulāti ⁊c.ad omnes ſuos ⁊c.Et h ⁊ inſup ꝑdicta terre pecia ſupiꝰ ꝯfroñ.
⁊ deſignata videlicet vnū ſextarium frumēti bōi pulchri ⁊ recipiēdi ad menſu
rā eiuſdē loci cēſuale ⁊ annale ac anno quolibet in feſto beati michaelis eidē
andree ⁊ ſuis ſucceſſoribꝰ ꝑ dictū antoniū ⁊ ſuos ſucceſſores ſoluēdum:⁊ ſuis
ſumplicibus apportandum apud eiuſdem locum ⁊ ad domum habitationis
dicti andree ⁊ ſuorum ſucceſſorum: vna cum directo dominio laudimio conſi
lio iure:fraude:commiſſione:prelationis: ⁊ auantagio iureque laudendi ⁊ lau
dimī.percipiendi ac ipſum directum dominium laudimium conſilium ius frau
de.cōmiſſionis prelationem ⁊ auantagium:iuſq; laudendi ⁊ prelationis reti
nendi ac omne aliud ius emphitī.ꝑdicti ſextarij frumēti cenſual:⁊ terre ꝑdcē
in ⁊ ſuper qua imponitur. Hanc aūt venditionem:aſſignationē:⁊ nouam dicti
cenſus impoſitionem fecit prefactus antonius dicto andree p̄nti: ⁊ vt ſupra
ſtipulanti ⁊ recipienti pretio ⁊ nomine precij decem librarum turoñ.quod pre
cium dictus Antonius venditor cōfeſſus fuit ſe ab eodem andrea emptore ha
buiſſe ⁊c.Exceptioni ⁊c.ꝯtrauit ⁊c.Si vero dictum ſextariū frumenti cenſua
le ⁊ annuale cum eius directo dominio laudimio: ⁊ alijs ſuis iuribus emphi
teoticis predictis per dictum antonium prefato Andree ſupra venditum aſſi
gnatum ⁊ impoſitum plus valet ⁊c. Concedens dictus Antonius venditor
eidem Andree emptori preſenti:⁊ vt ſupra ſtipulanti ⁊ recipienti licentiam au
ctoritatem: ⁊ ſpeciale mandatum per ſe aut alium loco ſui quandocunq; vo
luerit poſſeſſionem ſeu quaſi dicti noui cenſus vniꝰ ſextarij frumenti ſuperius
venditi:eiꝰ ⁊ ꝑceptiōis ac iurīū eius ꝑdictoꝝ accipiēdi corporalē ciuilē ⁊ na
turalē licētiam eiuſdē antonij venditoris aut cuiuſcūq; alterjꝰ ꝑſone ſeu curie
minime petita reqſita ſeu obtenta. Et quouſq; eadē poſſeſſionē vł quaſi dictꝰ
Andreas emptor adeptꝰ fuerit ꝯſtituit ſe interim ꝑfectꝰ antonius vēditor di
ctū cenſum vniꝰ ſextarij frumēti cum ſuis iuribus predictis nomine precario
eiuſdem Andree emptoris tenere poſſidere ſeu quaſi ſe ⁊ ſuos pronominatus
Antonius venditor de dicto cenſu anno ſextarij frumenti:⁊ eius iuribus em
phiteoticis predictis diſueſtiens dictum Andream preſentem ſtipulantem et
recipientem:vt ſupra per tactum manuum ſuarum: ⁊ ipſius Andree inueſtiuit
de eiſdem pleno iure:promittens antedictus antonius venditor eidē Andree
emptore preſenti: ⁊ vt ſupra ſtipulanti ⁊ recipienti: quod cenſum predictum
vnius ſextarij frumenti cum iuribus ſuis predictis faciet eidem Andree
emptore ſe et ſuis imperpetuum ſucceſſoribus habere tenere percipere: ac
quiete ⁊ pacifice perpetuo poſſidere: ⁊ quod ab omni perſona contradicen
te: moleſtante:inquietante: ſeu per turbante: aut ius aliquod in eodem nouo
cenſu:⁊ eius iuribus predictis: vel in terra ſupradicta in et ſuper qua impo
ſitus extitit ſe habere preten. prefatum Andream emptorem ⁊ ſuos defen
det ⁊c.Et pro omni euictiōe ⁊c. vt in prima forma venditionis ſuperius poſi
ta vſq; ad finem. de quibus ⁊c. Acta fuerint hec ⁊c.Et nota quod in huiuſ
modi venditionibus ſicut in alijs debent conſentire omnes ille perſoneque
in rebus ſuper quibus tales ſenſus imponuntur ius habent ſeu habere pre
tendunt: ita tamen quod dicta iura emptoribus huiuſmodi cenſum non

remittant sicut in aliis rebus immobilibus venditis: quia hoc facere non tenetur: sed solum laudare et consentire venditioni et novi census impositioni.

¶ Forma venditionis antiqui census annui.

In dei nomine amē. Anno etc. Noverint etc. q̄ nobilis Raymūdus de p̄saniciis loci etc. sciens et attendens: ut dixit: se habere et annis singulis percipere cum andrea dicti loci tres solidos turoñ. et cū martino eiusdem loci sex denarios turoñ. Item cum symone loci de turre quinq̄ cartas ordei. Item cum petro dicti loci de turre mediam libram piperis censuales et annuales: et hoc in et pro certis terris quas predicti homines ab eodem nobili Raymundo in amphiteosim tenent debitis. Igitur dictus nobilis Raymundus ob suam prout asseruit euidentē utilitatē etc. bona fide etc. Tenore huius veri et publici instrumenti etc. ac in presentia mei notarij etc. vēdidit etc. nobili Johanni de sancto baudilio presenti stipulati etc. ad oēs suas videlicet dictos census annuos supius designatos et exp̄ssatos cum eorum et rerū in et pro qbus p̄stantur directo dominio laudimio consilio iureq̄ laudēdi et p̄lationis retinendi ac omni alio iure empbiteotico. Saluo tamē et retento dominio a quo tenentur suo semp directo dominio laudimio homagio et in omnibus iure suo. Hanc aūt vēditionē fecit dictus nobilis Raymūdus p̄fato nobili Johanni et ut supra stipulanti et recipienti pro precio et nomine p̄cij vigintiquinq̄ librarū turoñ. q̄d preciū dictus nobilis Raymūdus vēditor ꝯfessus fuit se ab eodē nobili Johanne emptore realiter habuisse etc. Exceptioni et quitavit etc. Si vero dicti cēsus annuis supius designati et p dictum nobilē Raymūdum p̄fato nobili Johāni vēditi cū eoꝝ iurib⁹ empbiteoticis p̄dictis plus valēt ꝺ p̄nti etc. Cōcedēs etc. inuestiuit etc. Promittēs ātedict⁹ nobilis Raymūd⁹ vēditor p̄fato nobili ēptori p̄nti stipulāti et recipiēti: ut supra q̄ dictos cēsus annuos supius designatos et vēditos cum eoꝝ iuribus predictis faciet eidē nobili Johanni emptori et suis in ppetuū successoribus habere tenere pcipere et qete et pacifice ppetuo possidere: necnō p dictos empbiteotas supius noīatos ac alios quos ptinēt sibi dicto nobili Johāni emptori et suis recognosci et respōderi facere cum et medianā. publicis instrumētis ac secūdū formam et tenorem antiquarum recognitionum censuum p̄dictorum. Et hec duin et quādo ac totiēs quotiēs idē nobilis Raymundus venditor per dem̄ nobilem Johannem vel suos fuerit requisitus. Et q̄ ab omni p̄sona ꝯtradicēte: molestante: inqetante: seu pturbante. Aut ius aliquod in eisdem censibus et eorum iuribus se hēre ptendeñ. p̄fatum nobilem Johannē emptorem et suos defendet et amparabit defendereq̄ et amparare promisit i iudicio et extra iudiciū suis et suoꝝ p̄fati. nūc vēditoris p̄prijs sumptibus et expeñ. Et p omni euictione etc. obligauit etc. Promisitq̄ dictus nobilis Raymundus venditor eidem nobili Johāni ut supra stipulanti et recipienti q̄ p̄sentē vēditionē faciet dicto emptori: laudari. ratificari. et cōfirmari per claudium eius filium et per nobilē ysendem vxorem suam: et per alias quascūq̄ p̄sonas ius aliq̄d actionē seu demandā habentes aut habere pretendeñ. in cēsibus predictis supi⁹ vēditis: et q̄d oē illud ius actionē seu demādā dicto nobili Johāni emptori et suis quitari cedi et remitti faciet mediante publico instrumēto clausulis ꝯuēiētib⁹ et opportūis roborato dū et qñ ac totiēs et quotiens p eundē nobilem Johan-

uem vel suos fuerit reqsit⁹. Et vlteri⁹ ꝑmisit sepedict⁹ nobilis Raymūdus vēditor dicto nobili Johāni emptori: vt supra stipulāti reddere tradere et restituere oīa et quecūqȝ publica instrumēta recognitionū acceptorum et alias census ꝑdictos tāgētia: et ad eos faciētia et ptinētia que penes se hȝ et inueniere poterit: et hoc sine aliquo custu eiusdem emptoris vl suoꝝ. Quā quidē venditionem ⁊c. vt in alijs vēditiōibus vsqȝ ad finē. Acta fuerunt hec ⁊c.

¶ Forma instrumenti vēditionis rei pupillaris imobilis.

In dei nomine amē. Anno ⁊c. Nouerint ⁊c. q̄ apd talē locū et corā dn̄o tali iudice ordinario dicti loci suā curiā i suo ꝯsistorio ꝑfacto tenēte et pro tribunali ad iura reddēdū more maiorum suoꝝ sedeñ. veniens et ꝑsonaliter ꝯstitut⁹ Antonius. tutor liberoꝝ martini qđ de qdā tutela legitime cōstat instrumēto publico ꝑ me notariū publicū infra scriptū in notā sumpto ꝑfacto dn̄o iudici dixit et exposuit: q̄ dicti liberi pupilli et heredes dicti quōdā Martini eoꝝ partis et bōa ipsoꝝ hereditaria teneñ dn̄e susanne eoꝝ matri vidue relicte dicti quōdā Martini rōne et ad cām sue doctis quā repetere vult et intēdit in summa cētum et quinquaginta librarum turoñ. Item ⁊ tali mercatori eiusdem loci in summa quinquaginta librarum turoñ. vnde cū ipse tutor vel dicti pupilli nullas de presenti habent paratas pecunias ex quibus predicta debita ex solui valeant: ideo supplicauit dictus tutor ⁊ requisiuit pro bono ⁊ indemnitate dictorum pupillorum licentiā sibi per dictum dominum iudicem dari ⁊ concedi de bonis eorūdem pupillorum in immobilibus minus damnosis cum nō sint mobilia sufficieñ. ad satisfactionem dictorū debitorum vendēdi ⁊ distrahēdi benignū officiū prefacti dn̄i iudicis in premissis hūiliter implorando. Et dictus iudex audicta supplicatione seu postulatiōe ꝑdicta: eidēqȝ tāq̄ iuri ⁊ rōni cōsonū ānuēs licentiā postulatā dicto tutori cōcessit ordinando: q̄ bōa sic vidēda ad ⁊ inquantū publice sue curie venaria exponanṫ ⁊ subastentur: indeqȝ plus ⁊ vltimo offerēti in eidē deliberenṫ ⁊ vendātur. Deinde anno quo supra ⁊ die veneris intitulata qnta mēsis augusti apud dictū locum ⁊ coram ꝑfacto dn̄o iudice in consistorio sue curie cōlucto ꝑ tribunali sedente: venit cōparuitqȝ prefatus Antonius tutor predictus ⁊ tutorio nomine quo supra dicēs se de mandato prefacti dn̄i iudicis incātari ⁊ subastari fecisse plureis ⁊ ꝑ debita tēporis interualla quādā domū dictoꝝ liberoꝝ tāq̄ minus dānosam sitam in dicto loco siue villa ⁊ in tali carreria ꝯfrontatoꝝ ⁊c. Et hꝫ ꝑ Jacobū de caprerijs ꝑuicē. ⁊ preconem siue incantatorem publicum dicti loci ibidem presentem ⁊ premissa fecisse referentē ⁊ neminem inuenisse qui maius ꝑcium in dicta domo dare voluerit quā antonius Martini qui extram fecit ⁊ se daturum obtulit ducentas ⁊ quinquaginta libras turoñ. Quare cum per dictum seruieñ. ⁊ incātatorem nouissime voce preconia per loca ⁊ quadriuia dicti loci cōsueta ꝑconisatum ⁊ assignatum extiterit omnibus ⁊ singulis ꝑsonis in dicta domo extram facere volentibus ad diem locū ⁊ horā p̄ntes: ꝑut idē ꝑco ⁊ incantator ibidē iudicialiter retulit: et premissa vera esse asseruit petijt ⁊ requisiuit dictus tutor domū predictā ibidē ex abōdāti subastari ⁊ incātari: ⁊ demū plus ⁊ vltimo offerēti eadē deliberari: ꝑciūqȝ idē habēdū ꝑfacto tutori ꝑ debitis ꝑdictis ꝑsoluēdū tradi ⁊ deliberari. Factaqȝ ibidē debita subastatione q2 nullus ali⁹ apparuit q̄ maius ꝑ-

ciũ in predicta domo dare obtulerit ꝙ dictus. Antonius martini ideo pdictꝰ preco seu incantator in pñtia ꝛ de mãdato dicti dñi iudicis dictã domũ cum omnibus suis iuribus ꝛ ptineñ. pnominato antonio martini presenti ibidez ꝛ acceptanti tanꝙ plus et vltimo offerenti deliberauit et védidit pdicto dicta ducentarũ ꝛ quinquaginta librarꝫ turoñ. ipsumqꝫ de eadé ptraditionem cuiusdã parui baculi inuestiuit. In quo qdé deliberamento ac alijs omnibus et singulis premissi tãꝙ bene rite ꝛ legitie pactis pfatus dñs iudex sedens p tribunali pñt supra auctoritate suaz ꝛ dicte sue curie iurisdiciarꝫ interposuit pariter et decretuz De quibꝰ oĩbus et singulis supradictis dictus antõius martini: et ét dictus tutor casu quo idigeat petierunt sibi et cuiqꝫ ipsorꝫ fieri publicũ instrumentũ seu publica instrumẽta vnũ vl plura p me notariuz publicum ĩfrascriptum. Acta fuerũt hec ꝛc. Et nota circa véditioné rei pupillaris ꝯsiderãdũ et diligenter attédédũ fore: ꝙ res pupillaris vendi dꝫ ob es alienum aut ob euidenté vtilitaté pupilli iam cognitaz per iudicé ꝙ ita sit et ꝙ nõ sint res mobiles i hẽditate cõmode védéde Et ꝙ res huiusmodi védéda subastet idest publice precõiset ur per loca et quadriuia illus loci consueta ad finem ꝙ plus offeréti detur et deliberent. et quod in huiusmodi deliberamento psens sit creditor qui recepturus an pecuniam precij: si res ipsa ob es alienũ védat: aut quod causa quare venditur assignetur et declaretur per publicum instrumentũ: et quod ipsa venditio fiat coram pretore vel iudice siue magistratus illius loci ordinario decretũ et auctoritatem interponente prout supra in parte scripsi. Item nota quod in véditionibꝰ rerũ imobilium surdi muti furiosi vel mentecapti per suos curatores eadé obseruari debét que scripsi supra in véditione rei pupillaris. Ité est notandũ ꝙ de véditionibꝰ rerũ mobiliũ nullã hic facio métioné nullasqꝫ formas instrumẽtorũ ponẽ intédo: eo quia de talibus raro ꝯficiuntur publica instrumenta in his partibꝰ occitanis sed transeũt tales véditiones in ꝯtractus obligationũ pro precijs huiusmodi rerũ mobiliũ venditoribus per soluendũ de quibus inferius plenius dicã.

¶ Forma instrumenti venditionis ad incantum publicũ curie.

IN dei nõie amẽ. Anno ꝛc. Nouerint ꝛc. vniuersi ꝛ singuli ꝙ cũ dudũ ad instãtiam andree philippi et vigore quarũdã litterarum a curia cõueñ. regiarum nemansi emanatarũ executio incboata et facta extitisset in quadã vinea martini de põte situata in tali territorio confroñ. sic et sic ꝛc. pro debito siue summa viginti quinqꝫ librarꝫ turoñ: qua dictus martinus eidem Andree teneri dicebatur causa conteñ. in quodam publico instrumento per talem notari. in notã sumpto vel confecto et signato sub anno ꝛc. vel in qua summa dictus martinus dicebatur teneri prefato andree ratione et ex causa cuiusdam diffinitiue sententie in curia cõuni dñorꝫ alesti nuper late contra eundem martinum in fauorem dicti andree vel ex alia cã quã exprimere dꝫ notarius: Hinc si quidé fuit et est ꝙ hac die presenti superius i pñcipio huius veri et publici instrumenti annotã apud locum supradictum alesti in cõsistorio cõis curie dominorum dicti loci corã honorabilius et sapientibꝰ viris dñis tali et tali vicarijs dicte cõmunis curie: veniens et existens prefactus andreas philippi dixit et exposuit se diu est p debita tẽporuz interualla pluries incantari et subastari fecisse p dictã villam allesti et p loca et quadriuia vbi ta

lia ⁊ similia fieri sunt assueta supradictam vineam. Et per li talem servientes ⁊ preconē sive incantatorē publicum eiusdem curie. Et novissime cū ītimatione ⁊ assignatione ad d.ē locum ⁊ horas presentes: ad quos diē locū ⁊ horam ēt intimare fecisse dixit dicto martino de ponte deliberationem p̄dicte vinee per dictū servientē ⁊ p̄conē a quo quidē servieñ. ⁊ p̄cone ibidē p̄sente petiit suam relationē de ⁊ sup premissis haberi Et ibidem existēs dictus serviēs ⁊ preco sive incantator publicus retulit suo iuramēto per eum in creatione sive receptione sui officii ad ⁊ super sancta dei euangelia corporaliter p̄stito: seu de mando dictorum dñorum vicariorū ⁊ ad requisitionem dicti andree diu est p plures vices ⁊ per debita temporum intervalla proclamasse incantasse ⁊ subastasse publice voce nāpbili sive tube modo premisso dictam vineam ⁊ demū intimasse ⁊ assignasse omnibus ⁊ singuli p̄sonis ad dictam vineaȝ exire voleñ. ad diem locum ⁊ horam p̄sentes: quoniam ibidem plus ⁊ ultimo offerenti deliberaretur. Et ulterius p̄missa omnia ītimasse dicto martino de ponte ipsum que citasse ad diē locū ⁊ horā predictos visurum supradicte vinee deliberationē ⁊ venditionē. Ea pp presentia dicti martini de ponte si compareat alias in eius ꝯtumatia quam accusavit nisi legittime compareat: prefactus andreas phillippi petiit ⁊ requisivit vineam predictam ibidem ad incantum publicum dicte cōmunis curie plus ⁊ ultimo offereñ. in eadē vendi ⁊ deliberari p̄ciūq; eiusdē sibi in extenuationē sive solutioneȝ dicti sui debiti tradi ⁊ delibrari. Et dicti domini vicarii auditis p̄missis dederunt ī mandatis dicto serviēte ⁊ incantatori quater. dictā vineā iterata ⁊ ex abundanti ibidē subastare ⁊ incantare indeque plus et ultimo offerendo deliberare habeat qui quidē preco ⁊ incantator ibidem in preseñ. ⁊ audieñ. dictorum dnorū vicariorū ⁊ de mādato eorūdem ac in contumatia dicti martini de ponte vineā predictā cum omnibus suis iurib⁹ ⁊ pertinētiis ibidem publice subastavit ⁊ incātavit. Et factis plurib⁹ ⁊ diversis existi. p diversas personas tādē dictus andreas philipi creditor antedict⁹ ad dictā vineā exivit ⁊ extistimā fecit ad summā sive p̄tiuȝ viginti uni⁹ librarū. Et cuȝ nullus alius appareret qui tantā vel maiorem extistimam facere vellet: ideo dict⁹ preco incantator dictam vineā cuȝ omnib⁹ iuribus ⁊ pertineñ. eiusdeȝ prenominato andree phillipi tāq̄ plus ⁊ ultio offereñ. in eadē deliberavit pro dicto p̄tio sive sūma viginti unius librarū turoñ. ipsumq; in possessionē eiusdē vinee p traditioneȝ uni⁹ virge sive baculeti posuit ⁊ induxit. Et his pactis ibidē incōtinēti prefacti dñi vicarii sedētes ꝓ tribunali more maioꝝ suorū in consistorio dicte eorum communis curie in premissis omnibus ⁊ singulis tanquam bene rite site ac legittime coram ipsis peractis ad requisitionem dicti andree philipi auctoritatem suam ⁊ dicte curie sue iudiciarie iterposuerunt pariter ⁊ decretum. De quibus ⁊ cetera Acta fuerunt hec ⁊ cetera Et nota quod si littere quarum virtute executio in re vēdita facta fuit. Et similiter instrumentum debiti inserantur ad longum in instrumento lineamenti melius ⁊ tutius erit emptori quanquam dictum de liberamenti instrumentum ex hoc reddatur maius ⁊ prollixius. Item nota quod si dictus martinus in termino sibi assignato ad videndum dictam vineam deliberari cōparuisse per se. vel per legitimum procuratorē ⁊ adversus executionem in dicta vinea factam se opposuisset vel aliud allegasset rationabile et admissibile cur ad dictum deliberamentuȝ ꝓcedit non deberet: tūc sup

fessum fuisset dicto deliberamento et dictus Martinus fuisset admissus ad di cendum et alegandum ꝯtra dictã executionẽ vel in curia cõueñ. a qua lĩe executore emanarunt. Item et no. q circa hm͂oi deliberamenta que ad in quantum curiarum fieri solent multa contingunt preter ipsum deliberamentũ siue venditionem: quonia3 creditor ad cuius instrumentum fit executio facto deliberamento facit taxari expeñ. pretestu dicte executiõis per eũ factas. Et illas facit deduci seu detrahi de precio rei vẽdite ꝛ deliberate: ꝛ residuũ preciꝫ sibi facit adiudicari ꝛ tradi in sui debiti solutione3 vel extenuationẽ. Ite3 ꝛ si execitio facta fuerit vigore litterarũ a curia ꝯueñ. nemausi vel paru: sigilli regiꝫ mõtispessulani vel alia curia extraordinaria emanatarũ: tũc assignatur emptori ad portandũ precium in illa curia ꝛ creditori ad videndum illud distribui. Et in dicta curia venditio ꝛ deliberamentum decertantur per iudicem illius curie. Et dantur littere emptori nuncupare detuetur ꝛ defendatur ꝛc. Sed de his nulla debent mentio fieri in instrumento deliberamenti siue venditio. Item est notandum q pro rebus sic vẽditis ad inquãtum publicum curie nullus tenetur emptoribus de euictiõe. Et ideo cauere ꝛ diligenter aduertere debẽt emptores quomodo ꝛ qualiter emant ꝛ q executio ꝛ alia iuste ꝛ legittime procedant. Et vocentur omnes quorum interest. Et q nihil omittatur eorum que necessaria sunt: precium etiam debet esse minus q̃ si quis de euictione teneretur: eo q bona euictionis securitas quodammodo auget valorem siue extimationem rei vendite mala autem nulla securitas diminuit.

¶ Sequitur de contractu permutationis.

Quia de emptionis ꝛ venditionis dictum est bene se hꝫ vt nunc de pmutatione q emptioni ꝛ venditioni vicinia est tractem⁹. Circa hunc aũt ꝯtractũ pmutatiõis. Primo sciẽdum est q origo emẽdi ꝛ vendendi a pmutatiõe cepit qd̃ sic intelligit: scilicet q primo fuit pmutatio postea vero cognita difficultate pmutationes fuit inuentus ꝯtract⁹ emptiõis ꝛ venditionis. Unde huiusmodi difficultas fuit causa mouens ad inueniendũ emptionem ꝛ venditionem Fit aũt pmutatio de inutilibus ꝛ superfluis ad vtilia seu necessaria. Nam est vnius rei pro altera prestatio. Et dicit conuenire cum emptione ꝛ vẽditiõe in hoc: q2 ex vtraqꝫ paratur euictio: ꝛ ex vtraqꝫ paratur: ꝛ reddibitio. Differt aũt ab ea: quia venditio solo ꝯsensu perficitur. Permutatio vero re demũ secuta. Itẽ in mutatione locũ habet cõditio ob causam. In venditione nõ. Itẽ in vẽditiõe ali⁹ ẽptor ali⁹ vẽditor: i pmutatiõe vero vterqꝫ dicit pmutator. Itẽ in vẽditione vnius cogit p̃cium accipiẽtis facere: alter nõ cogitur facerem facere rem emptoris. in pmutatione vero vterqꝫ cogitur res alterius facere Dicitur autem hinc contractus permutatiõis innominatus: ideo maxime quia nomen eius verificatur multipliciter. Nam ꝛ antiqua simplicitas vocauit omnia commercia permutatiões postea necessitas fuenit nomina specificata quibus cõsultissimi viri naturas legẽ dederũt ꝓm datũ eis licentiã. Et illi vocant cõtractus nominati qbus ipi sapiẽtes distribuerũt nõia. Innominati aũt dicuntur quoniã prudẽtibus deficiũtur vocabula. quia plura negocia quam vocabula. Itẽ notandũ est q interdũ earum rerũ que inuicem pmutantur vna plus valet extimat q̃ altera ꝛ tunc ille cui dicta res pmutat ꝛ tradit alteri pti refudit certũ qd pro illa maiori valentia. ꝛ [illegible] contractus erit tunc permutatio partim venditio. Et super hoc nota quod in in-

strumēto huiusmodi ꝯtractus partiꝫ permutationis et partiꝫ vēditiōis notarius in serie instrumēti dꝫ rē que partim pmutat̄ et partim vēdit̄ pmittere. Et rē q̄ solūmodo pmutatur postponere. eo ꝙ p̄ceddere dꝫ res et p̄ciuꝫ: et ēt q̄ magis ornate et ordinate ꝓcedet series instrumēti. Itē est sciēdū ꝙ eedē psone q̄ pñt vēdere et emere possunt et pmuttare. Et qbus emptio et vēditio ē ꝓhibita eisdē est prohibita permutatio. Et similiter oēs ille res que vēdi et emi possunt: possunt pmutari idō illas hic repetere non oportet.

¶ Forma instrumenti permutationis pure rerum imobilium.

In dei nomine amē. Anno ⁊c. Nouerint ⁊c. ꝙ discretus vir martinus de ponte ex vna parte et andreas philippi ex parte altera de et super excābijs siue pmutationibus inter eos fiendis de reb⁹ infrascriptis vnanimiter et ꝯcorditer inter se ꝯuenerūt et ꝯcordauerūt in hunc q̄ sequitur modum. Et primo videlicet ꝙ dictus martinus bona fide ēt sine dolo p se ⁊ suos heredes et in futurum successores quoscūq̄ꝫ tenore hui⁹ veri et publici instrumenti mandato suo ꝯfecti firmiter perpetuo valituri: ac i p̄sentia mei notarij publici et testium infrascriptorum permutauit siue excambiauit et titulo vere pure perfecte et irreuocabilis permutationis siue excambij tradidit seu quasi tradidit et ꝯcessit: ac nūc penitus per imperpetuū desamparauit dicto Andree philippi p̄senti stipulanti solēniter et recipiēti ꝓ se et suis heredibus et successoribus in futurū vniuersis ad omnes suas eiusdē andree suorum heredum et successorum voluntates in vita ⁊ in morte plenarie et ppetuo faciendas. Uidelicet quādā terre peciam cultiuatiuam siue laboratiuā sitam in tali territorio confroñ. sic ⁊ sic cum omnibus iuribus: introitibus: exitibus: ⁊ ptinētijs vniuersis francā q̄tāq̄ꝫ ⁊ absolutam ab oī censu pēsione canone aut alia seruitute quacūq̄ꝫ retinuit tamē ideꝫ Martinus de facto exp̄sso fructus bladorum ⁊ oliuaꝝ in dicta terra de pñti seminatorum ⁊ existentiuꝫ. Et viceuersa dictus Andreas philippi de ⁊ cum voluntate licētia ⁊ auctoritate stephani philippi patris sui ibidem presenti licentiam ⁊ auctoritateꝫ eidē Andree filio suo quod omnia ⁊ singula infrascripta peragenda dante ⁊ concedente prout ita dictus stephanus in presentia mei notarij publici ⁊ testium infrascriptorum asseruit forte verum predictam terre peciam preconfroñ. dicto permutationis siue excābij titulo a dicto martino recipiens ⁊ acceptans bona fide ⁊ sine dolo p se ⁊ suos heredes ⁊ in futurum successores quoscūq̄ꝫ. Cum hoc vero ⁊ publico instrumento mandato suo confecto firmiter ppetuo valituro permutauit siue excambiauit ⁊ titulo pure vere perfecte ⁊ irreuocabilis permutationis siue excambij tradidit seu quasi tradidit ⁊ ꝯcessit ac nūc penitus imperpetuum desamparauit p̄nominato martino de ponte presenti stipulanti solemniter ⁊ recipienti pro se ⁊ suis heredibus ⁊ successoribus i futurum vniuersis ad omnes suas eiusdem Martini suorumq̄ꝫ heredum ⁊ successoruꝫ voluntates in vita ⁊ in morte plenarie ppetuo faciendas. Et hoc nominatim pro dicta terre pecia supra ꝯfroñ. videlꝫ quandam terram cum quodā casali in dicta terra existē: in qua qdem terra sunt vites oliuerij et alie diuerse arbores fructifere: situatam in pochia scti baudilij ⁊ in territorio dicto vulgariter. domassolargues confroñ. ⁊c. Cum omnibus suis iuribus introitibus exitibus ⁊ ptineñ. vniuersis: saluo tamē ⁊ retēto in ⁊ super dicta terra supra vltimo ꝯfroñ. ecclesie scti baudilij p̄dicti ⁊ dño rector eiusdeꝫ suo semper

directo dñio laudimio ꝯsilio suꝰ fraudo ꝯmissiõis platõe ꝛ auantagio ꝛ censu
annuo in quolibet festo michaelis soluendo duoꝝ sextarioꝝ frumenti duoꝝ
solidoꝝ ꝛ sex denarioꝝ turoñ. Si ṽo dicta terre pecia superius primo ꝯfroñ.
per dictũ martinũ de ponte pfacto Andree philippi pmutata siue excãbiata
plꝰ valet de pñti aut in futurum qñcũqꝫ plꝰ valere poterit ꝙ alia terre pecia
cũ dicto casali superiꝰ vltimo cõfroñ. ꝛ p dictũ andreã philippi eidẽ martino
de ponte ẽt permutata siue extracãbiata: vel ecõuerso totũ illud plꝰ valẽs qđ
cũqꝫ sit aut eẽ poterit in futurũ: ptes pdicte ꝛ earum quelibet sibi adinuicem
mutuo ꝛ vicissim vna alteri ꝛ ecõuerso presentibꝰ ꝛ vt supra stipulãtibus ꝛ re
cipieñ. dederũt dõauerũt titulo vere pure pfecte simplicis rate grate maneñ.
ꝛ irreuocabilis donãtõis que fit ꝛ fieri dicitur inter viuos. Etiam si illud plꝰ
valens dimidiam excederet iusti preciĳ siue vltra. Cõcedẽtes partes predicte
et quelibet earum vna alteri: et ecõuerso mutuo et vicissim pñsentibus stipulañ.
ꝛ recipientibus: vt supra licentiam autoritatem et speciale mandatum per se
aut alium loco sui quandocunqꝫ voluerit: possessionem seu quasi reruꝫ a se da
turum permutatarum siue excambiatarum accipiendi corporalem ciuilem et
naturalẽ licentiam cuiuslibet ipsarum partium aut alterius cuiuscunqꝫ psone
seu curie minime petita requisita seu obtẽta Et quousqꝫ eadeꝫ possessionẽ que
libet pars adepta fuerit. Constituerunt interim dicte partes vna precario no
mine alterius: et econuerso dictas res inter se permutatas siue: excambiatas
vicissim tenere et possidere seu quasi se et suos pnoiati martini đ ponte ex vna
pte et ãdreas philippi ex pte altera de pciĳs terre et casali pdictis supius con
froñ. et designatis et inter se pmutatis siue excambiatis vicissim deuestientes
vnus coꝝ alterũ ipsorum: ꝛ econuerso mutuo ꝛ vicissiꝫ psentes stipulañ. ꝛ re
cipieñ. vt supra p tactũ manuũ suarũ inuestiuerũt de eisdẽ pleno iure. Promit
tẽtes dicte partes ꝛ earum q̃libet vna alteri: ꝛ ecõuerso mutuo ꝛ vicissiꝫ psen
tibus et vt supra stipulantibꝰ ꝛ recipiẽtibꝰ ꝙ pdictas terras cuꝫ dicto casali
supra ꝯfroñ. ꝛ designatas et inter se pmutatas siue excambiatas: cum suis iu
ribus et ptinẽtibus faciẽt sibi inuicẽ et suis in ppetuũ successoribꝰ habeꝛ tene
re ꝛ qete ac pacifice ppetuo possideꝛ. Et ab oi psona contradicẽte molestante
inquietante seu pturbãte aut ius aliqđ in eisdẽ terris seu altera earũdẽ se ha
bere ptendeñ. vna pars alteram partẽ ꝛ ecõuerso mutuo et vicissim defendet
et amparabit defendereqꝫ et ampaꝛ se inuicẽ promiserũt i iuditio et extra iu
ditiũ suis et suorũ cuiuslibꝫ ipsaꝝ ptium ppriĳs sũptibꝰ et expeñ. Et pro omni
euictione totali et particulari ac p obseruãtia oiuꝫ et singuloꝝ pmissoꝝ et ise
riꝰ expñsandorũ ac expeñ. inde fieri ꝯtigeñ. partes pdicte et q̃libꝫ earum scꝫ q̃
libꝫ pars pro euictiõe reis se daꝛ pmutate siue excambiate obligauerunt ypo
thecauerunt et submiserunt vna pars penes aliam: et econuerso mutuo et vi
cissim psentes stipulañ. et recipieñ. vt supra omnia bona sua mobilia et immo
bilia pñtia et futura. Viribus et compulsionibus curiarum parui sigilli regĳ
montispessulani conueñ. regis nemausi: lꝫ đ priuilegĳs seu libertatibꝰ dictarũ
conuẽtionum dicte partes nõ existant et cuiuslibꝫ alterius curie ecclesiastice
et secularis pro executione pmissorum peligẽde. Promiserũtqꝫ dicte partes
vna alteri: et ecõuerso mutuo et vicissiꝫ stipulañ. et recipiẽte: vtꝫ ꝙ hmõi excã
bia siue pmutatões et oia et singula in pñti publico instrumẽto ꝯtẽta sibi inui
cẽ laudari emologari ratificari et ꝯfirmari faciẽt p quascũqꝫ psonas lꝫ aliqđ

actioñe seu demandã habentes seu habere peteñ. in terris predictis iter se supius pmutatis siue excãbiatus seu altera earundē. Et φ omne illud ius actionem seu demandaʒ sibi adinuiceʒ quitari cedi ⁊ remitti facient mediante publico instrumento obligatione iuramento renunciationibus ac aliis clausulis conuenientibus ⁊ oportunis roborato. Et hoc dum ⁊ quando ac totiens quotiens vna pars ab altera: ⁊ ecōuerso fuerit requisita. Et vlterius promiserunt dicte partes sibi inuicem vt supra stipulantib⁹ ⁊ recipieñ. reddere ⁊ restituere omnia ⁊ quecūqʒ instrumēta publica antiqua que penes se habent ⁊ inuenire poterunt ad supradictas res inter se superius permutatas siue excambiatas facieñ. ⁊ pertinentia: ⁊ hoc sine aliquo custu ipsarum partiū seu alteri⁹ earundem. Que quidem excambia siue permutatiões ⁊ omnia vniuersa ⁊ singula in presenti publico instrumento cōtenta prout superius ⁊ inferius sunt expressata prefate partes ⁊ quelibet ipsarum habentes rata grata ⁊ firma omnia ⁊ singula laudauerunt ⁊ approbauerunt: emologauerunt ratificauerunt ⁊ confirmauerunt. Promittentes se nihil fecisse aut dixisse in preteritum: ⁊ φ nihil dicēt seu facient in futurum propter quod predicta omnia ⁊ singula minorem in aliquo obtineant vel habere debeant perpetui roboris firmitatē vel φ cassari irritari anullari valeant. quomodolibet vel rescindi. Sed ita predicta omnia ⁊ singula ⁊ prout supra scripta sunt rata grata ⁊ firma semper habere eaqʒ tenere attendere ⁊ obseruare. Cōtraqʒ in aliquo nūquā facere dicer seu venire de iure vel de facto per se nec p aliquam aliam personam interpositam seu interponendaʒ alicuius vel aliquorum arte ingenio seu cautela p solēnem ⁊ validam stipulationē sub obligatione pdicta: dicte partes ⁊ earum quelibet sibi inuicē mutuo ⁊ vicissim presentibus ⁊ vt supra stipulañ. ⁊ recipieñ. pmiserunt ⁊ iurauerunt ad ⁊ super dei euangelia ab ipsis partibus ⁊ qualibet earum suis dextris manibus corporaliter gratis tacta. Sub quo quidem ⁊ super predictis omnibus ⁊ singulis renunciauerunt supradicte partes ⁊ quelibet ipsarum gratis ⁊ scienter iuris ⁊ factis ignorantie omniqʒ actioni exceptioni ⁊ deceptioni doli mali fraudi vis metus erroris: ⁊ in factū conditioni indebiti sine causa vel ex iniusta causa fori priuilegio petitioni libelli ⁊ oblationi decē ⁊ viginti dierum induciis feriisqʒ messium ⁊ vindemiarū. Et omni aliī dilationi tēporis iurisqʒ dicēti cōtractū vēditionis in quo interuenit fraus seu deceptio vltra dimidiam iusti pcii rescindēde. fore aut quod iusto de est pcio suppleri debet. Et generaliter omni aliī iuri canonico ⁊ ciuili nouo ⁊ veteri scripto ⁊ nō scripto diuino ⁊ humano promulgato ⁊ promulgando vsui rationi ⁊ consuetudini priuilegio ⁊ statuto quo vel quibus mediañ. contra pdicta: aut ex eis aliqua vēire possent vel i aliquo se iuuare defendere seu tueri. De quibus oībus ⁊ singulis supradictis quelibʒ pars petiit sibi fieri publicū instrumētū seu publica instrumēta vnum vel plura p me notariū publicū ifra scriptū. Quo seu que possint ⁊ valeant dictari: corrigi refici meliorari ⁊ emēdari dictiões ⁊ clausulas iuris necessarias addēdo: supfluas si que fuerint resecādo ipsis pductis in iudicio vel nō pductis ante vel post litis ptestationē. semel ⁊ plures quousqʒ in iudicio ⁊ extra obtineant plenum robur. ad sensum dictamen consiliū ⁊ internallū vnius vel pluriū in iure peritorū: facti tñ substantia in aliquo non mutata. Acta fuerunt hec ⁊c.

¶ Forma instrumenti permutationis ⁊ partim venditionis rex imobilium.

suoꝝ mobiliū et imobilium pn̄tiū et futuroꝝ quecūq̧ qualiacūq̧ quātacūq̧
ꝛ vbicūq̧ sint vel consistat dicta bōa res ꝛ iura ac quocūq̧ noie cēseant seu
valeant nuncupari cū oib⁹ coꝝ iurib⁹ et ꝑtinē. bonoꝛib⁹ et oneribus vniuer
sis. Et hoc cū ac sub pactis ꝯditionib⁹ et retētionib⁹ īfrascriptis et sequen̄. ꝛ
pꝛimo fuit actū et couentū de pacto expresso solemni stipulatiōe valido inter
dictos laurētiū et ysende3 futuros cōiuges:ꝙ ipsi ꝯiuges celebꝛato iter eos
dicto futuro matrimonio teneant et debeant ex tunc in antea ꝯtinue in simul
moꝛari cohabitare ꝛ māsionē ꝑsonalē facere i pn̄ti villa alesti et i domo ꝛ bo
nis dicte ysendis et se iuicē tanq̄ ꝟos ꝯiuges affectionē cōiugali debite tra
ctare:bonūq̧ amoꝛē et bona3 fidē sibi iuicē seruare tādiu q̄diu vixerint i hu
māis. Itē plus fuit actu3 et ꝯuētū de pacto exp̄sso:ꝓut ḋ iterdcōs futuros cō
iuges:ꝙ dict⁹ laurētius nō possit dictā ysende ꝯtra ei⁹ volūtatē ex̄ villā alle
sti cā morādi trāsferr̄ q̄uis occasiōe siue cā Itē fuit actū et ḋ pacto exp̄sso cō
uentū inter dictos laurentiū et ysendē futuros coniuges vt supra ꝙ dict⁹ lau
renti⁹ teneat:et debeat ad pn̄tem villā alesti et ad domū dicte ysendis appoꝛ
tare ponereq̧ et imittere oīa bona res et iura sua q̄nā citius poterit. Itē plus
fuit actū cōuentū ꝓut supra inter dictos futuros ꝯiuges ꝙ casu quo in fu
turū:q̄ncūq̧ ꝯtingeret alterum ipsoꝛu3 coniugu3 futuroꝝ decedere sine pꝛo
le legitima de se et ex coꝝ futuro matrimonio pꝛocreata altero eorūdē supui
uēte:ꝙ medietas oiu3 bonoꝝ dicti sic pꝛio moꝛiētis ad supuiuētē plēo iure ꝑ
ueiat ꝑtineat ꝛ spectet. ꝯsāt alia pacta ꝯuētiōes ꝛ retētiones sic et ꝓut ptes
voluerit et ꝯuenerit. Sup qb⁹ qdē bonis reb⁹ et iurib⁹ p̄dictis per et iter di
ctos laurentiu3 et ysendem futuros cōiuges sibi inuicem superius associatis
affrayramentis donatisq̧ et communicatis:p̄fati futuri ꝯiuges fecerunt et
ꝯstituerūt vn⁹ eorum alterum ipsoꝝ et ecōuerso mutuo et vicissi3 pn̄tes stipu
lantes et recipientes vt supra ꝟos dn̄os et ꝓcuratoꝛes legitimos vt i reb⁹ iu

s proprijs legitime ꝯstitutos. Ita ꝙ amodo ⁊ deinceps dicti futuri ꝯiuges ⁊ eoꝝ quilꝫ possint ⁊ valeant ꝓ dictis bonis reb⁹ ⁊ iurib⁹ i quocūqꝫ iudicio ⁊ extra directe ⁊ vtiliter agere ⁊ experiri excipereqꝫ ꝯponere transigere cōpromittere pacisci ⁊ ꝯcordare. petereqꝫ exigere recipere ⁊ qttare. Et cetera oīa vniuersa ⁊ singula facere dicere procurare ⁊ exercere que ql̄ibet verus dñs ⁊ ꝓcurator legitim⁹ ac iustus possessor dō reb⁹ suis proprijs in eiusdē legitime ꝯstitutus facere dicere procurare ⁊ exercere potest ⁊ dꝫ. Et que ipsemet futuri cōiuges ⁊ eorūꝫ quelibet ante hmōi affrayramentum ⁊ associationē facere dicere ꝓcurare ⁊ exercere poterāt ⁊ potuissent. Conce. dēt. dicti laurētius ⁊ ysendis futuri ꝯiuges sibi adinuicē mutuo ⁊ vicissim stipulantibus et recipien. vt supra licētiā auctoritatem et spēale mādatū p se aut alium loco sui quicuqꝫ voluerint dicto eoꝝ mrīmonio vt premissum est celebrato possessionem seu quasi bonoꝝ rerū ⁊ iurioꝝ ꝑdictoꝝ inter se supra comunicatoꝝ ⁊ donatoꝝ accipiendi corporalē ciuilē ⁊ naturalē licen. cuiuslibet ipsoꝝ laurentij ⁊ ysendis aut alterius cuiuscunqꝫ persone seu curie minime petita requisita seu obtenta. Et quousqꝫ eandē possessionem dicti coniuges futuri adepti fuerint. Cōstituerūt se interim ipsi coniuges vnus precario nomine alterius: ⁊ ecōuerso bona res ⁊ iura predicta donata associata et cōmunicata tenere ⁊ possidere seu quasi inde se ꝑnoīati laurētij et ysendē futuri ꝯiuges de bonis rebus ⁊ iuribus predictis inter se vt ꝑmittitur cōmunicatis donatis et associatis: pactis tn̄ et retentionib⁹ ꝑdictis cuiqꝫ eoꝝ saluis sp remanen. disuestiēs. vn⁹ eoꝝ alteꝝ ipsoꝝ: et ecōuerso mutuo et vicissim ꝑntes stipulan. et recipien. vt supra p tactū manuū suaꝝ inuestierunt de eisdē pleno iure. Promittētes insup ꝑfati laurētius et ysendis futuri cōiuges se nihil fecisse aut dixisse in ꝑteritū et ꝙ nihil dicēt seu facient in futurū propter qd̄ predicta oīa et singula minorē in aliquo obtineāt vel habere debeāt ꝑpetui roboris firmitatē vel ꝙ cassari irritari ānulari valeāt quomodolibꝫ vel rescidi Sꝫ ita ꝑdicta oīa et singula ꝓut supraſcripta sunt rata grata et firma semꝑ habere eaqꝫ tenere attēdere et obseruare ꝯtraqꝫ in aliquo nūqͣ facere dicere seu vēire de iure vel de facto p se vel p aliquā aliam ꝑsonā interpositā seu interponendā alicuius vel aliquoꝝ arte ingenio seu cautela p solēnē ⁊ validā stipulationē: ⁊ sub obligatōe oīꝫ bonoꝝ suoꝝ imobiliū ꝑsentiū ⁊ futuroꝝ dicti laurēti⁹ ⁊ ysendis futuri ꝯiuges sibi inicē mutuo et vicissiꝫ stip. et recipien. vt supra ꝓmiserūt et iurauerūt ad et sup scā dei euāgelia ab ipsis et quolibet ipsorum suis dextris manib⁹ gratis tacta. Sub quo qdē iuramēto et sup ꝑdictis oīb⁹ et singulis renūciauerunt sepedicti ꝯiuges grati et sciēter iuris et facti ignoran. oīumqꝫ actioni exceptioni et deceptioni doli mali fraudis vis metus erroris et in factū ꝯditioni idebiti sine causa vel ex iniusta cā fori priuilegio petitioni libelli et oblationi eiusdē ferijs et inducijs quibuscūqꝫ nec nō exceptioni nō sic celebrati et initi ꝯtractus et aliter fuisse dictū cōuentū qͣ scriptum et recitatuꝫ et econtra dicta vero ysend. renunciauit specialiter et expsse oī iuri in fauorem mulierū introducto et introducendo. et ambo simul dicti futuri cōiuges renunciauerunt generaliter oī alij iuri cānonico et ciuili nouo et veteri: scripto et nō scripto diuino et humāo: quo vl' quib⁹ mediā. ꝯtra ꝑdicta aut eis aliqua vēire possent vel in aliquo se iuuare defendere seu tueri. De quibus omnibus et singulis supradictis ql̄ibet dictoꝝ laurentij et ysendis futurorum ꝯiugū petijt: sibi fieri publicum instrm̄ seu pu-

publica instrumenta vnum vel plura per me nota. publicum infrascriptus seu
que possint ⁊ valeant dictari ⁊c. Acta fuerint hec ⁊c.

¶ Forma instrumenti affrayramenti ⁊ associationis duorum fratrum.

In dei nomine amen. Anno ⁊c. Nouerit ⁊c. ꝙ i p̄ntia
mei notarij publici ⁊ testiū infrascriptoꝝ existētiū ⁊ psonaliter ꝯstituti Io
hānes philipp⁹ de ponte fres maiores asseruerūt v.ginti quinq̄ annis ob fra
ternā dilectionē ⁊ affectionē singularē quas sibi īuicē hn̄t ⁊ gerūt prout dice
bāt bona fide ⁊ sine dolo per se ⁊ suos heredes ⁊ in futurū succes. quoscūq̄
nō īducti nō seducti vi dolo metu verbis blandis aut alias machinose circu
uenti: s3 gratis sciēter beneq̄ cōsulti ⁊ p̄meditati vt dixerūt nō errantes neq̄
decepti in iure vel in facto suis s3 d̄ vtroq̄ certiorati put asserebāt plenius ⁊
instructi reiectis penit⁹ ⁊ exclusis oībus vniuersis ⁊ singulis vtriusq̄ iuris ci
uilis ⁊ canonici vsus consuetudinis atq̄ facti subtilitatibus interpretationi-
bus canillationib⁹ presumptionib⁹ allegatiōib⁹ ⁊ cautellis ac alijs qbuscūq̄
aliqua de cōtentis in hoc p̄nti publico instrō in totū vel in partē possent inua
lidari retractari infringi irritari cassari aut alias penitus annullari. Tenore
huius veri ⁊ publici instri mādato suo cōfecti firmiter ppetuo valituri ⁊ vim
insinuationis in se iportan. affrayrauerūt ⁊ associauerūt se aduuicē vn⁹ eoꝝ
alteꝝ ipsoꝝ ⁊ ecōuerso mutuo ⁊ vicissi3 p̄ntes stipulan. solenniter ⁊ recipien.
p se ⁊ suis heredibus ⁊ successorib⁹ in futuꝝ vniuersis in oibus vniuersis et
singulis bonis reb⁹ ⁊ iurib⁹ suis mobilib⁹ immobilib⁹ ⁊ p se moue. p̄ntibus ⁊
futuris q̄cūq̄ q̄liacūq̄ q̄ntacūq̄ ⁊ vbicūq̄ vl' sint ꝯsistāt dcā bōa res ⁊ iura
ac quocūq̄ noīe censeantur seu valeāt nuncupari. ⁊ nihilominus gr̄a huius-
modi affrayramēti ⁊ associatiōis vnus eorūdē Iohānis ⁊ philippi de ponte
fratrū alteri ipsoꝝ ⁊ econuerso mutuo ⁊ vicissim p̄ntibus stipulan. ⁊ recipi. vt
supra dedit dōauit tradidit seu quasi tradidit ⁊ ꝯcessit ac nūc penit⁹ p ppe
tuū desamparauit titulo pure vere pfecte simplicis rate grate manē. ⁊ irreuo
cabilis dōationis que fit ⁊ fieri dr̄ inter viuos nullo iure nullaq3 cā ingrati-
tudinis aut alias quouismō i posteꝝ reuocādē: v3 totā medietatē oīu3 vniuer
soꝝ ⁊ singloꝝ bonorū rerū ⁊ iuriū suoꝝ ⁊ cuiuslib3 ipsoꝝ mobiliū ⁊ imobiliū
ac p se mouen. p̄ntiū ⁊ futuroꝝ q̄cūq̄ q̄liacūq̄ quātacūq̄ ⁊ vbicūq̄ sint vel
ꝯsistāt dicta bōa res ⁊ iura ac quocūq̄ noīe cēseant seu valeāt nūcupari. Cū
oīb⁹ eoꝝ iurib⁹ ⁊ ptinē. bonorib⁹ ac onerib⁹ vniuersis. Et hoc cū ac sub pactis
ꝯditionib⁹ et retētionib⁹ ifrascriptis ⁊ sequen. Primo nāq3 fuit actū ⁊ ꝯuētū
de pacto expsse solēni stipulatiōe validato inter dictos Iohānē et philippū d̄
pōte fratres ꝙ ipsi ab inde in antea teneātur et debeāt in simul morari coha
bitare vna cū vxorib⁹ ⁊ familia suis in dictis eoꝝ bonis cōmunibus in vna et
eadē domo vnū larē et domiciliū fouēdo vnū panē vnū vinū et alia victualia
necessaria simul et equaliter comedēdo et bibēdo operan3 negocia eoꝝ dē bo
noꝝ suoꝝ simul et equaliter faciēdo operādo et negociādo. Seq̄ et vxoris su
as et familiā equaliter vestitos et calciatos tenēdo. Et ꝙ vn⁹ aliū nō decipiet
i huiōi associatōe siue frayresca. imo bonā fidē et bonū amorē sibi iuicē hēbūt
et ꝯnabūt tāq̄ boni fres. Itē fuit actū et ꝯuētū de pacto expsso iter dictos fra
tres ꝙ abinde in antea ipsi nō faciant nisi vnam bursa3 et ꝙ oīa lucra que si-
mul vel diuisim facient: et lucrabūtur et omnes pecunie quas acqrēt veniant

⁊ ponantur in vno loco cõmuni: ⁊ inde onera sua ⁊ suoꝝ bonoꝝ supportentur Item fuit actum vt supra inter dictos fratres ꝙ ammodo ⁊ deinceps nullus eoꝝ faciat aliqd propriũ sine scientia a volantate ⁊ cõsensu alterius eorũdẽ vltra summã duoꝝ solidoꝝ turoñ. Item plus fuit actum ⁊ conuentum vt supra iter dcõs fratres ꝙ oĩa bona tã mobilia ꝗ̃ immobilia q̃ dicti fratres simul vel diuisim abinde stãdo ⁊ morando insimul acquirẽt sint ⁊ esse debeant inter ipsos pro equis partibus cõmunia. Itẽ ꝙ oĩa debita dcõꝝ fratrum ⁊ bonorũ suoꝝ facta ⁊ fienda de bonis ipsorum cõmunibus psoluantur. Item fuit actũ ⁊ conuentum de pacto expresso ⁊ supra inter dcõs Johannẽ ⁊ philippum de põte ffes ꝙ ipsi abinde nõ possint vnus sine voluntate ⁊ ꝯsensu alterius vẽdere seu aliquomõ alienare aut distrahere aliqua bona ipsoꝝ cõmunia neq̃ pro quibuscunq̃ causis siue negocijs se alicui psone obligare: aut dicta responsionẽ facere vltra summã duoꝝ solidorũ turoñ. Et casu quo alter eoꝝ in futurũ qñcunq̃ cõtrariũ fecerit cõmittat penã quinq̃ libraꝝ turoñ. p ipsum alteri soluendum de parte sua bonorum predictorum totiens quotiens reperiret contrarium premissoꝝ fecisse. Itẽ plus fuit actũ ⁊ conuentum vt supra inter ipsos Johannẽ ⁊ philippũ de põte fratres ꝙ omnes liberi presentes ⁊ futuri eorũdẽ fratrum de bonis ipsorum communibus enutriantur ⁊ alimentẽtur. Et deinde dum fuerint competeñ. ⁊ legitime etatis de eisdem bonis in matrimoniũ collocentur ⁊ dotentur iuxta secundũ facultatẽ eorũdem bonoꝝ. Itẽ plus fuit actũ ⁊ cõuentũ ꝑut supra inter dictos fratres ꝙ eo casu quo in futurum quandocunq̃ cõtingeret alterum dictorum fratruꝫ decedere sine ꝓle legitima de se ⁊ ex suo matrimonio ꝓcreata: ꝙ omnia bona dicti sic decedeñ. ad alium ipsorum superuiuentem ⁊ ad suos perueniant pertineant ⁊ spectent pleno iure hoc saluo ⁊ retento: ꝙ ille sic decedere possit ⁊ valeat de ⁊ super dictis bonis suis testari ⁊ ordinare pro anima sua moderate iuxta ⁊ secundum facultatẽ dictorũ bonorum. Item plus fuit actum ⁊ cõuentũ de pacto exp̃sso prout supra inter ipsos fratres ꝙ eo casu quo in futurum qñcũq̃ oriretur seu moueretur questio seu debatum seu dissensus inter ipsos fratres causis quibuscũq̃ꝫ: ꝙ ipsi incõtinẽti teneãtur ⁊ debeãt eligere duos ꝓbos viros amicos cõmunes ipsorũ qui hmõi debatum seu questionẽ palpare ⁊ examinare diffinireq̃ ⁊ terminare hẽant dictiq̃ fratres diffinitioni ⁊ determinationi dictoruꝫ proborũ virorũ omnimode stare teneantur: ⁊ tunc pro tunc stare ꝓmiserunt ⁊ cõuenerũt. Item plus fuit actum ⁊ cõuentum vt supra ꝙ presens associatio ⁊ affraymentum perpetuo duret et durare debeat iter ipos fratres. Et eo casu quo in futurũ quãdocũq̃ alter dictorum fratrum ab alio diuisioneꝫ ⁊ separationem requireret: ille talis ipso facto cõmittat penam decem librarum turoñ. quequidem pena dicto casu accrescat parti alterius ipsorum hmõi affraymentum tenentis et seruare volentis. et eidem per aliam dictam diuisionem siue separationem inquirentem et de parte sua bonoꝝ predictoruꝫ persoluatur realiter et de facto. Super quibusquidem bonis rebus et iuribus p̃dictis per et iter dictos Johãnẽ et philippũ de põte fratres sibi inuicẽ supra associetatis et affraymẽtis donatisq̃ et cõicatis p̃fati fratres fecerũt et ꝯstituerunt vnꝰ eoꝝ alteꝝ ipsoꝝ: ⁊ ecõuerso mutuo et vicissim p̃ntes stipulãtes recipiẽtes vt supra veros dños ⁊ ꝓcuratores legitimos vt in rebus suis ꝓprijs legitie ꝯstitutos. Ita ꝙ ammodo et deinceps dicti Johannes ⁊ philippus de põte:

fratres ac eoꝝ quilꝫ possint et valeant pro dictis bōis reb⁹ et iurib⁹ p̄dictis i quocūqꝫ iudicio et extra directe et vtiliter agere et experiri:excipereqꝫ cōpo nere trāsigere cōpromittere pacisci et ꝯcordare ⁊c. omnia vniuersa et singula facere dicere procurare et exercere que quilibet verus dn̄s et procurator legitimus ac iustus possessor de rebus suis proprijs in eisdem legitime ꝯstitut⁹ facere dicere procurare ⁊ exercere pōt ⁊ debet:et que ipsimet fratres ⁊ quilibet eorum ante huiusmodi affrayramentum ⁊ associationē facere dicere procurare ⁊ exercere poterāt et potuissent. Conceden̄. prefati Johānis ⁊ philippus d̄ pōte frēs sibi adinuicē mutuo ⁊ vicissim stipulantib⁹ ⁊ recipiētib⁹ vtō licētiā auctoritatē ⁊ speciale mādatū p se aut aliū loco sui q̄ncūqꝫ voluerint: possessionē seu quasi bonoꝝ reꝝ ⁊ iuriū predictoꝝ iter se inuicē superi⁹ associatorū donatoꝝ ⁊ cōicatoꝝ acoipiendi corporalem ciuilem ⁊ naturalem licentiā cuiuslibet ipsoꝝ Johānes ⁊ philippi fratrū aut alteri⁹ cuiuscūqꝫ persone seu curie minime petita:requisita seu obtenta Et quousqꝫ eandē possessionē quilibet eorūdem fratrū adeptus fuerit ꝯstituerunt se interim dicti fratres vnus precario nomine alterius:⁊ ecōuerso bona res ⁊ iura p̄dicta inter se dōata associata ⁊ cōmunicata tenere ⁊ possidere seu quasi. Jnde se prenominati Johannes ⁊ philippus de ponte fratres de bonis rebus ⁊ iuribus predictis inter vt se premittit associatis donatis ⁊ cōmunicatis pactis tñ ⁊ retētionib⁹ p̄dictis vtriqꝫ ipsoꝝ saluis semp remanen̄. disuestien̄. vn⁹ eoꝝ alteꝝ ipsoꝝ:⁊ ecōuerso mutuo ⁊ vicissim presentes stipulantes ⁊ recipientes:vt supra per tactum manuū suarū inuestiuerūt de eiusdē pleno iure. Quāqdē associationē siue affrayramētū ⁊ subsecutā donationes ac oīa vniuersa ⁊ singula in p̄nti publico instrumēto ꝯtenta put superi⁹ ⁊ iferius sunt exp̄ssata p̄facti Johānes ⁊ philippus de pōte fratres:⁊ qlibet ipoꝝ habētes ratas gratas ⁊ firmas:rataqꝫ grata atqꝫ firma eas ⁊ ea laudauerunt approbauerūt emologauerūt ratificauerūt ⁊ ꝯfirmauerūt. Promittētes se nihil fecisse aut dixisse in preteritū ⁊ ꝙ nihil dicēt seu faciēt in futurū pp q̄d oīa p̄dicta ⁊ singula minorē in aliquo obtineāt vel habere debeāt ppetui roboris firmitatē:vel ꝙ cassari irritari ānullari valeāt quolibet vel rescindi. Sed ita p̄dicta oīa ⁊ singula prout suprascripta sunt rata grata ⁊ firma semp habere eaqꝫ tenere attendere ⁊ obfuare ꝯtraqꝫ in aliquo nunq̄ facere dicere seu venire de iure vel de facto p se nec p aliquaꝫ aliam p̄sonam interpositam seu interponēdaꝫ alicui⁹ vt aliquoꝝ arte ingenio seu cautela p solēnē ⁊ validaꝫ stipulationem ⁊ sub obligatiōe oīuꝫ bonoꝝ suorū mobiliū ⁊ imobiliū presentiū et futuroꝝ dicti Johānes ⁊ philippus d̄ ponte fratres sibi inuicē mutuo ⁊ vicissim stipulātes ⁊ recipiētes vt supra promiserūt ⁊ iurauerūt ad ⁊ sup scā dei euangelia ab ipsis et quolibꝫ eoꝝ suis dextris mālbus corporaliter gratis tacta. Sub quo quidē iuramēto ⁊ super predictis omnibus ⁊ singulis renūciauerunt sepedicti fratres gratis ⁊ scienter iuris et facti ignorātie omniqꝫ actioni exceptioni ⁊ deceptioni doli mali fraudis vis metus erroris et in factum cōditioni indebiti sine causa vel ex iniusta causa fori priuilegio petitioni libelli ⁊ oblationi eiusdeꝫ ferijs ⁊ inducijs quibuscūqꝫ iurisqꝫ dicen̄. donationē facta absqꝫ insinuatione iudicis seu presidis non valere: necnon exceptione non sic celebrari ⁊ initi cōtractus ⁊ aliter sui se dictum ⁊ conuentum quā scriptum ⁊ recitatum vel econtra. Et generaliter omni alij iuri canonico ⁊ ciuili nouo ⁊ veteri: scripto ⁊ non scripto diuino et

humano promulgato et promulgãdo vsui rõni ↄsuetudini priuilegio et statu to quo vel qb⁹ mediañ.cõtra predicta aut ex eis aliqua venire possent vel i ali quo se iuuare defendere seu tueri. De qbus oībus et singulis supradictis qli bet dictorum fratrum petijt sibi fieri publicum instrumentum seu publica isti u menta vnum vel plura per me notarium publicum infrascriptum:quod seu q possint et valeant dictari ꝛc. Acta fuerunt hec ꝛc.

¶ Forma instrũi societatis super mercantia siue negociatione contracte.

In dei noīe amẽ. Anno ꝛc. Nouerit ꝛc. ꝙ andreas philippi ex vna parte et martin⁹ d pōte ex alterā bõa fide et sine dolo p se et suos heredes et in futuꝝ successores quoscunqȝ. Tenore huius veri et publici instrumenti mãdato suo cõfecti firmiter ꝑpetuo valituri ab in p̃ntia mei notarij publici et testium infrascriptoꝝ fecerũt inierũt et ↄtraxerũt inter se inuicẽ super mercationib⁹ et negociationibus quibuscũqȝ tam pãnoꝝ ꝙ alioꝝ quarũcũqȝ mercãtiarũ ȝ de et sup qbus mercari et negociari decreue rint et voluerint hinc ad qnqȝ ãnos proxime futuros in hunc qui sequit̃ mo dũ videlicet quod dictus andreas i huiusmodi societate de suis pecunijs ꝓ prijs cõtulit et posuit ducẽtas libras ꝑ suo capitali ꝑut dict⁹ Martin⁹ ibidẽ asseruit fore veꝝ.dictus vo Martin⁹ i eadẽ societate de suis ꝓprijs pecunijs et ꝑ suo capitali posuit et ↄtulit cẽtũ libras turoñ.ꝑut p̃fat⁹ ãdreas ibidẽ cõ fessus fuit fore veꝝ ꝑmitteñ.p̃noīati andreas ꝛ Martin⁹ sibi iuicẽ mutuo ꝛ vicissi ȝ stipulãtib⁹ se fidelr̃ legalit̃ ꝛ studiose negociari ꝛ mercari i dicta socie tate.ꝛ i ea lucrũ ꝛ ꝑfectũ sollicite ꝛ diligent̃ ꝑcurare resqȝ ꝛ bõa ipsi⁹ socie tatis diligent̃ custodire ꝛ saluare:ꝛ qcqd ex ipa societate vel eius occasiõe ad man⁹ cuiuslibet eorũdẽ ꝑuenerit i eadẽ societate ad itegrũ ↄsignaf debita nõ ↄhere vel credẽtias facef sine ãboꝝ vnanimi ↄcordia ꝛ ↄsensu. p̃terea rõnes hmõi societatis iuicẽ ostẽdere ꝛ videf ac facef totiẽs ꝛ qñcũqȝ vn⁹ alteꝝ de h duxerit reqrẽdũ. Et i sup cõmode ꝑfectũ ꝛ lucra ꝛ ẽt dãna si ↄtigat qđ absit cõicare ꝛ ꝑticipare ad iuicẽ fm ꝛ ꝑut libra siue sũma capitalis vniuscuiusqȝ ↄtinget seu reqret.in fine vero predicte societatis vel ante si partes ipse ↄcor des fuerint deducto vel detracto ab vnoquoqȝ ipoꝝ suo capitali p̃dicto totũ lucrũ qđ supfuerit fideliter inter se diuidere ita ꝙ ad vnũquẽqȝ coꝝ tãtũ spe ctet ꝛ ꝑueniat ꝙdiu ꝑ rata capitalis vniuscuiusqȝ ↄtinget. Pro qb⁹ oib⁹ ꝛ sin gulis p̃dictis firmi⁹ tenẽdis cõplẽdis inuiolabiliter obseruandis p̃fati An dreas ꝛ Martin⁹ obligauerũt ypothecauerũt ꝛ submiserũt vnus penes aliũ ꝛ ecõuerso mutuo ꝛ diuisim p̃sentes stipulañ.ꝛ solẽniter recipieñ.pro se ꝛ suis heredibus ꝛ successoribus in futuꝝ vniuersis oīa bona sua mobilia ꝛ imobi lia p̃sentia ꝛ futura virib⁹ ꝛ cõpul.curiaꝝ ꝛc.põe curias quas ptes voluerit. Promittẽtes insup dictus Martinus ꝛ andreas sibi inuicẽ mutuo ꝛ vicissim stipulantibus ꝛ recipientib⁹ vt supra se nihil fecisse ꝛ dixisse in p̃teritũ ꝛc.vt i precedenti forma mutata mutãda:vsqȝ ad finẽ. Acta fuerunt hec ꝛc.

¶ Forma instrumenti parari siue meiarie animalium.

In dei noīe amẽ. Anno ꝛc. Nouerit ꝛc. ꝙ ãdreas phi lippi bõa fide ꝑ se ꝛ suos ꝛc.tenore ꝛc.ac i p̃sen.ꝛc. Cõfessus fuit i verita te gratis ꝛ sua certa sciẽtia recognouit nobili Johãni d sancto baudilio p̃nti stip.ꝛc.se ab eodẽ nobili Johãne habuisse ꝛ recepisse hñcqȝ ꝛ tenere ac pelle te

nere ad capitaniã siue meiariã ac parariã ⁊ ad mediũ incrementũ siue lucrũ duas vaccas siue porcos quarũ vna est pili laureti ⁊ alia pili nigri p̃gnãtes. Itẽ tres vitulos masculos etatis duorũ annoꝝ vel circa: quorũ pili rubei et ãlius est pili nigri sub capitanij quindecim libraꝝ turoñ. que quidẽ aĩalia cum eoꝝ iuramento dictus andreas ꝓmisit ⁊ cõuenit bñ fideliter ⁊ diligenter custodire ⁊ enutrire ac depasci facere suis sumptib⁹ ⁊ expẽsis pñti meiaria durante de illisq; talẽ ⁊ tantã curiã ⁊ diligentiam habere qualez quinq; bonus ⁊ diligens paterfamilias de rebus suis proprijs habet ⁊ habere debet. Si vero predicta animalia aut eorum incrementum seu aliqua ex ipsis deperirent aut perderentur vel morirentur culpa dolo seu mala custodia eiusdez andree vel suorum domesticorum seu mercenariorum tota huiusmodi perda in ipsum andream ex pacto redundabit. si autem diuino iudicio vel fortuito casu perdebũtur vel moriantur tunc totuz damnum siue perda ad dictuz nobilem Johannem pertinebit: vel vt super hoc voluerunt et cõuenerunt dicte partes stare iuri ⁊ consuetudini presentis patrie. Sed primum est equius ⁊ clarius. Et vlterius promisit dictus andreas dicta animalia aut eorum incrementum nullo modo vendere seu alienare sine scientia voluntate et consensu expresso dicti nobilis Johãnis: ⁊ illa etiã tenere voluit ⁊ se cõstituit nomine precario eiusdem nobilis Johãnis pñti meiaria siue pararia durañ. quã voluerũt ipse partes durare hinc ad quinq; annos ꝓxime futuros et i fine huiõi meiarie. leuato p dictũ nobilẽ Johãnẽ de cõi capitali suo p̃dicto qndecim libraꝝ turoñ. totũ residuũ icremẽti ⁊ lucri p ⁊ inter ipsas ptes eqs portõibus diuidatur: et ita vt premissum est tenere cõplere attẽdere ⁊ obseruare cõtraq; i aliquo nunq̃ facere dicere seu venire de iure vel d facto p se nec p aliquã aliã psonã iter positaz seu interponendam alicui⁹ vel aliquoꝝ arte igenio seu cautela p solẽnẽ et validã stipulatõez et sub obligatione oim bonoꝝ suoꝝ mobiliũ ⁊ imobiliũ pñtiũ et futuꝝ prefatus andreas philippi ꝓmisit supradicto nobili Johãni de scõ baudilio pñti ⁊ vt supra stipu. et recipieñ. et iurauit ad et sup scã dei euãgelia ab eodẽ corporaliter mãu sua dextra gratis tacta renũciãs ide sup predictis oibus et singulis et spãliter sub dicto iuso iuris et facti ignorãtie oiq; actiõi et exceptioni doli mali met⁹ et in factũ ꝯditioni indebiti sine cã vel iniusta causa fori priuilegio petitioni libelli et oblatiõi eiusdem decẽ et viginti dieꝝ induciꝭs ferijsq; messiuz ⁊ vindemiaꝝ ⁊ oi alij dilatiõi tpis qbuscunq; lrãs status gfe sine respect⁹ ad tempus impetratis et impetrãdis. Et ceteris iuris ⁊ facti auxilijs beneficijs et remedijs quibus mediañ. ꝯtra predicta aut qua venire posset vel in aliquo se iuuare defendere seu tueri. De quibus omnib⁹ dictus nobilis Johãnes de scõ baudilio petijt sibi fieri publicũ istrumẽtũ per me notariuz infrascriptorum. Acta fuerunt hec ⁊c. Et nota q partes interdum conueniunt quam si in fine meiarie his q aialia recepit et tẽuit maluerit domino animaliũ reddere et soluere medietatem summe capitalis eo tunc aialia q̃ tunc supererunt ꝓ equis partibus iter ipsas partes diuidãtur. Et iõ si partes ita cõuenerint notarius i illo loco quo dictũ est supra in precedenti forma: et in fine huiusmõi meiarie leuato ⁊c. addat vel si dictus andreas maluerit dcõ nobili iohãni reddere et soluere medietatẽ dicti capitalis q illam realiter reddẽdo et soluẽdo eidẽ oia aialia q̃ superũt tã data siue tradita q̃ fetus siue icrementũ eorũdẽ eqs portiõib⁹ iter ipsas ptes diuidanẽ. Item no

ta ꝙ aliqñ pagesius ab aliquã necessitate vendit alteri aliqua ex suis aialibus certo p̄cio et deinde is q emit dicta aialia tradidit ⁊ dimittit pagasio vendi⸗tori ad capitaniam siue meiariã sub capitali precij dictorum aialium:⁊ tunc notarius instrumentum incipiet ⁊ formabit hoc modo.

IN dei noīe Amen. anno ⁊c. Nouerint ⁊c. ꝙ andreas philippi bõa fide ⁊c. Tenore ⁊c. ob suã vt asseruit euidẽt. vtilitatẽ ac vr gẽtẽ necessitatẽ ⁊ ꝓ suis negotijs pagẽdis ⁊ expediẽdis vẽdidit ⁊ titulo vere ⁊ irreuocabilis vẽditiõis tradidit seu quasi nobili Johãni de sancto baudilio p̄nti stipulañ. solẽnit̄ ⁊ recipi. ꝓ se ⁊ suis hereð. ⁊ successo. i futurũ vniuersis: videlʒ duas vacas vel porcos p̄gnãtes quarũ vna ē pili nigri:⁊ alia pili laure ti. Itẽ tres vitulos etatis duoꝝ annoꝝ vel circa quorũ duo sunt pili rubei ⁊ alius ē pili nigri:⁊ hoc ꝓ p̄cio ⁊ noīe p̄cij quindecim librarũ turoñ. qð p̄cium dictus andreas ꝯfessus fuit a dicto nobili Johãni realiter numerando habuisse ⁊ recepisse i tali mõeta per dictũ nobilẽ Johãnẽ eidẽ andree ibidẽ numerata ⁊ tradita p dictũ andreã habita ⁊ recepta in p̄ntia mei notarij publici ⁊ testiũ infrascriptoꝝ exceptiõi ⁊c. qttauit ⁊c. Cũ pacto ⁊c. vt in alijs ꝯtractib⁹. ⁊ ibi dẽ p̄fatus nobilis Johannes de sancto baudilio dicto andree philippi tradi dit ⁊ dimisit p̄dicta aialia supra vẽdita ad meiariã siue parariã ⁊ ad mediũ incrementũ siue lucrũ. sub capitali dictarũ qndecim librarũ turoñ. que qdem aialia dictus andreas dixit ⁊ cõfessus fuit penes se hr̄e ⁊ illa cũ fetibus siue i cremẽto eorũdẽ ꝓmisit bñ fidelr̄ ⁊ diligẽter suis sũptib⁹ ⁊ expẽsis custodire ⁊c. Si vero ⁊c. vt i p̄cedẽti forma vsqꝫ ibi. p̄nti meiaria siue pararia durãte quã ptes ipse duraf̄ voluerũt ad eoꝝ volũtatẽ si ita ptes ꝯueniãt al's ponat̄ vt i p̄cedẽti forma leuatio ⁊c. vt i forma p̄cedẽti vsqꝫ ad finẽ. Itẽ nota ꝙ meia ria siue paria aialiũ lanatoꝝ ⁊ caprioꝝ differt a meiaria alioꝝ aialiũ in eo:q2 il la meiaria fit siue aliquo capitali:⁊ q2 quolibʒ ãno durãte meiarie ptes iter se diuidũt totũ incrementũ ⁊ lucrũ fetuũ lane ⁊ caseoꝝ ꝓut ptes ꝯueniũt ⁊ i fi ne meiarie dñs aialiũ leuat ⁊ recuperat tot aialia ꝙ dedit seu tradidit:⁊ hoc si extẽt:q2 si mortua fuerit:diuino iudicio vel casu fortuito i totũ vel i partem pagesius de nihilo tenebit̄ dũ tñ doceat per pelles aut alias de casu fortuito.

¶ Sequitur de contractu obligationis.

QUia ꝯtractus obligatõis freqũes ⁊ quotidiãus ē. iõ de ipso tractare nõ omitto. vidẽdũ ē igit̄ p̄mo qd sit obligatio. deindeq̄ sint eius sp̄es ⁊ qualiter ꝯtrahatur: que possint se obligare ⁊ que res obligari possint. Et autem obligatio iuris vinculum quo necessitate astringimur alicu ius rei soluende secundum nostre ciuitatis scilicet romane iura. Unde cuʒ di citur vinculũ in proprie ponit̄. i. ius vincens. nã sicut corporali vinculo qs vi cit̄. i. ligat̄ ita ⁊ obligatiõe que itellectuale viculũ ē aliqs dr̄ astrigi:⁊ sic obli gatio nõ est ipsuʒ vinculũ:sed verba q̄bus ligamur:q2 ex itellectu resultate ex v̄bis vel litteris obligamur. nã v̄bum ꝓprie ē illud qð i corde ꝯcipit̄:⁊ illð qð eructatur ē vox vel sonus. vnde nec vox nec son⁹ nec ꝯceptio i corð. obligat̄: sed ius resultans ex eis. ⁊ illud ius dr̄ esse obligatio qua qs obligatur. i. forti ter ligat̄. Et est obligatiões icorporale:⁊ q2 cõplectitur obligationem ⁊ obli gatum ⁊ id de quo fit obligatio. Si querat aliquis vbi vel in quo fit obliga⸗tio: an scilicet in obligante vel in obligato:vel in re obligata:vel in omnibus

predictis. Ad hoc respondeat subtilis artista qui rerũ tenues nexꝰ optime nouit. Diuiditur aũt obligatio: qꝛ alia est naturalis: alia ciuilis: alia mixta. Naturalis est illa q̃ per vinculũ nature ⁊ solo cõsensu cõtrahitur. Ciuilis vero est que verbis vel litteris ꝑficitur naturalis ⁊ ciuilis insimul: vt sunt oẽs contractus innominati ⁊ ẽt illa que ex negocijs ⁊ maleficijs puberũ nascũtur secundũ aliquos: ⁊ accipio hic large ciuilẽ obligationẽ ẽt ꝓ pretoria. Item obligationum alie ex ꝯtractu: alie ex quasi ꝯtractu: alie ex maleficio ⁊ alie ex quasi maleficio nascuntur. ¶ Plures sunt alie obligationum diuisiones quas dimitto. Cõtrahitur aũt obligatio quattuor modis: scʒ verbis litteris ꝯsensu. ⁊ quattuor alijs modis dissoluitur: scʒ re interempta acceptilatiõe lr̃is in cõtrariuʒ missis ab eo qui priores miserat. ⁊ cõtrario cõsensu vt in emptiõe re integra. possunt aũt se obligare oẽs qui alias possunt cõtrahere. cũ eñi cõtractus obligationẽ pariat ⁊ obligat actionẽ tanq̃ suã filiaʒ: cõsequẽs est vt qui potest cõtrahere ⁊ se obligare potest. Sʒ que res obligari possunt? dicas q̄ oẽs ille quas in nostro habemus cõmertio. Excepto q̄ res aliena licet vendi possit in vendentis preiudiciuʒ: vt superius dictum est: obligari tamẽ nõ potest ⁊ ratio huius est: quia per contractũ pignoris siue obligationis ꝯstituitur ius ĩ re scʒ obligata alias nõ valere nec proficeret pignoris obligatio: sed quia nemo p̃t alij constituere ius quod in re nõ habet: ideo res aliena in qua quis nullũ ius habet obligari non potest: per venditionem autem non constituitur ius in re vendita: quia venditor nõ tenetur facere rem emptoris immo alias prodesse potest: cum venditor de euictione teneatur: nõ valet in vno nõ in alio. quidam tamen dicuntq̧ etiam res aliena obligari potest: vt qui habet publicianam ⁊ rem emphiteoticã: sʒ ille res non sunt omnino aliene eo q̄ publicianista ⁊ emphiteota aliquod ius habent in re: hec autem peritioribus remitto.

¶ Forma instrumenti simplicis obliga.

ANno incarnationis dñi millesimo quadringẽtesimo sexagesimo octauo ⁊ die decimaseptima mensis augusti. Serenissimo principe dño Ludouico gr̃a dei rege francorũ regnãte. Nouerint vniuersi et singuli: q̄ martinus de pontebona fide ⁊ sine dolo per se ⁊ suos heredes ⁊ in futurũ successores quoscũq̧. Tenore huius veri ⁊ publici instrumẽti mãdato suo cõfecti firmiter perpetuo valituri: ac in p̄ñtia mei notarij publici ⁊ testiũ infrascriptorũ confessus fuit in veritate gratis ⁊ ex sua causa certa sciẽtia recognouit andree philippi p̄ñti stip. solemniter recipiẽti ꝓ se ⁊ suis heredibus ⁊ successoribus ĩ futurũ vniuersis: se dicto ãdree debere tenere ⁊ soluere quindecim libras turoñ. ⁊ hoc rõne ⁊ ex causa venditionis ⁊ reste precij duorũ boum: quorũ vnus est pili nigri ⁊ alius pili laureti per dictũ andreã eidem martino venditorũ: ⁊ per dictum martinuʒ prout asserebat emptorum habitorum ⁊ receptorũ. Exceptioni vero dictorum duorum boum non habitorum ⁊ non receptorum ⁊ dictarum quindecim lib. turoñ. per dictum Martinum prefato Andree non debitaruʒ ex causa predicta ⁊ omni errori calculi gratis: ⁊ ex sua certa scientia dictus martinus debitor renunciauit. Quãquidẽ pecunie summam siue debitum quindecim lib. turoñ. dictus martinus debitor promisit. ⁊ ꝯuenit eidem Andree creditori vt supra stipulanti ⁊ recipienti soluere ⁊ satisfacere in pace ⁊ sine q̃stione seu lite aut cõtradictione quacũq̧ per terminos ⁊ solutiones sequentes: scʒ in festo natalis dñi proxime futuro quinq̧ libras

turoñ. Et deinde de anno in annum in simili die festo natalis dñi qnqȝ lib. turoñ. tā diu dictas ānuas solutiones ꝯtinuando quousqȝ totū debitū ꝑdictum quidecim lib. turoñ. fuerit per dictū martinū debitorem dicto andree creditori plene ⁊ integraliter ꝑsolutum ⁊ satisfactum vna cū expensis omnibus dānis ⁊ interesse per dictum andream creditorem aut suos fieri contingen. quouismodo in petendo ⁊ exigendum debitum predictum vel ob morā ⁊ retardationem solutionum eiusdem vel ad voluntatem dicti Andree creditoris ⁊ sum plicem requisitionem: quam voluntatem dictus martinus debitor voluit pro termino solutionis haberi vna cum expensis: vt supra. ⁊ vlteriꝰ voluit ⁊ se cōstituit dictus martinus debitor de pacto expresso tenere dictos duos boues nomine precario prefati andree creditoris quousqȝ totum debitum predictum quindecim librarum turoñ. cum expeñ. fuerit eidem andree vel suis integre persolutum. Pro quibus omnibus ⁊ singulis supradictis firmius ⁊ tenendis complendis soluendis ⁊ inuiolabiliter obseruandis prenominatus martinus de ponte debitor obligauit ypothecauit ⁊ submisit penes dictum andream philippi creditorem presentem stipulantem ⁊ recipientem vt supra omnia bona sua mobilia ⁊ immobilia pñtia ⁊ futura viribus ⁊ cōpulsionibus curiarum dñoꝝ alesti parui sigilli regij mōtispesu. conuentionū: licet priuilegijs seu libertatibꝰ dictaꝝ conteñ. ipse partes non exilant: ac priuilegijs nundinarum campanie ⁊ brie. ⁊ cuiuslibet alteriꝰ curie ecclesiastice ⁊ secularis ꝑ executione pmissoꝝ preeligende. Et ita vt premissum est tenere complere attendere ⁊ obseruare contraqȝ in aliquo nunqȝ facere dicere seu venire de iure vel de facto p se nec p aliū aliqua ratione siue causa per solēnem ⁊ validam stipulationem: ⁊ sub obligatione predicta dictus martinus de ponte debitor promisit prefato Andree philippi creditori pñti stipulanti ⁊ recip. vt supra. Et iurauit ad ⁊ super sancta dei euangelia ab eodem corporaliter manu sua dextra gratis tracta. renūciās ide super predictis omnibꝰ ⁊ singulis: ⁊ specialiter sub dicto iuramento iuris ⁊ facti ignorañ. omniqȝ actioni ⁊ exceptioni doli mali ⁊ in factum ꝯditioni indebiti siue causa vel iniustā causa fori priuilegio petitioni libelli ⁊ oblationi eiusdem decē ⁊ viginti dieꝝ indicijs ferijsqȝ messium ⁊ vindemiarum: ⁊ omni alij dilationi temporis quibuscūqȝ litteris status gratie siue respectu ad tempus impetrantis ⁊ impetrandis. Et ceteris iuris ⁊ facti auxilijs beneficijs ⁊ remedijs quibus mediañ. contra predicta venire posset: aut i aliquo se iuuare defendere seu tueri. De quibus omnibus dictꝰ andreas philippi creditor petijt sibi fieri publicum instrumentum seu publica instrumenta per me notarium pub. infrascriptum. Acta fuerunt hec ⁊c.

¶ Forma instrumenti obligationis quando duo vel plures obligantur quilibet insolidum cum cautione ⁊ post venditionē.

Anno ⁊c. Nouerint ⁊c. qꝫ martinus de ponte ⁊ Andreas philippi bona fide ⁊ sine dolo per se ⁊ suos cuiuslibet ipsorum hereð. ⁊ in futurum successo. quoscūqȝ. Tenore ⁊c. ac in presentia ⁊c. ambo simulꝰ ⁊ eorum quilibet insolidum cōfessi fuerunt in veritate gratis ⁊ ex sua certa sciētia recognouerūt. Stephano liebierie pñti stipu. solenniter ⁊ recip. pro se ⁊ suis hereð. ⁊ successo. in futuꝝ vniuersis se dicto stephano debere teneri e ⁊ soluere. xx. libras turoñ. ⁊ hoc ratione et ex causa vēditionis ⁊ precij cuiusdam pecie terre in qua sunt domus vinea pratum castanetum ⁊ ortus situate

in pertinen. loci demandatoris: et in loco sine territorio de sala confron. et cetera per dictũ stephanũ p̃fatis andree et martino hodie vẽdite p̄cio dictarũ. xxv. librarũ turon. put de huiusmodi venditionis plenis cõstat instrumento publico per me nota. rũ publicũ infrascriptũ in notã sumpto pauloante pre sentis publici instrumẽti recitationẽ: et hoc non obstan. cõfessione et quittan. genera. ali per dictũ stephanũ dictis andree et martino de toto p̄dicto p̄cio in dicto venditionis instrumento factis. nã reuera totũ precium pr. di. tum sine summã viginti quinq3 librarum turon. eidem stephano venditori per dictos an dream et martinũ emptores put asserebat adhuc debetur. Exceptiõi vero di cti precij viginti quinq3 librarũ turon. per dictos andreã et martinum p̃sfa to stephano non debiti ex causa p̄dicta et omni errori calculi gratis et ex sua certa sciẽtia dicti andreas et martinus debitores renũciauerunt. Quãquidẽ summã siue preciũ. xxv. librarum tur. dicti andreas et martinus debitores pro miserũt et puenerunt supradicto stephano creditori vt supra stipulanti et reci pienti soluere et satisfacere in pace et sine questione seu lite aut cõtradictione quacunq3 per terminos et solutiones sequẽ. scilicet de presenti ad volũtatem dicti stephani creditoris duodecim libras cum dimidio turõ. Et ab hodie in vnu annũ proxime futurũ alias duodecim libras cũ dimidia turon. vna cum expensis et c. vt in precedenti. Et vlterius voluerunt et se cõstituerunt dicti an dreas et martinus debitores tenere supradictã preciũ terre cũ suis ptinen. no mine precario dicti stephani creditoris quousq3 totum precium siue debitum predictũ viginti quinq3 librarum turõ. fuerit eidem stepha. vel suis plene et integrali ter cum expen. persolutum et satisfactum. Pro quibus omnibus et singulis su pradictis firmius tenendis complendis soluendis et inuiolabiliter obseruan dis prenominati andreas et martinus debitores: et quilibet ipsorũ insolidum obligauerunt ypothecauerunt et submiserũt penes dictũ stephanum credito rẽ presentẽ: et vt supra stipulãtẽ et recipientẽ psonas suas pprias et oĩa cor cuiuslibet ipsorũ bona mobilia et immobilia p̃ntia et futura virib⁹ compulsio nib⁹ carceribus et arrestis curiarum et c. Et nihilominus pro abundãtiori cautel la et maiori securitate p̃fati stephãi creditoris andreas et martinus debito res dederunt et presentauerunt eidẽ stephano creditori vt supra stipulanti et recipiẽti i fideiussorẽ et p̃ncipalẽ reũ debitorẽ et pacatorẽ petrũ de orto ibidẽ p̃ntẽ qquidẽ petrus gratis et ex sua certa scia ad p̃ces et reqsitionẽ dictorum andree et martini bõa fide et sine dolo p se et suos hẽdes: et i futurũ successo res quoscũq3 se p̃stituit p dictis martino et andrea debitorib⁹ p̄dictis viginti quinq3 lib. turon. dicto stephano creditori mõ p̃misso cũ expen. et soluẽda fide iussorẽ et principalẽ reũ debitorẽ et pacatorẽ penes supradictũ stephanũ cre ditorẽ p̃ntẽ et vt supra stipu. et recipi. Inde obligauit ypotecauit et submisit dictus petrus de orto fideiussor penes dictum stephanũ creditorẽ stipulantẽ et recipientẽ vt supra oĩa bona sua mobilia et imobilia p̃ntia et futura virib⁹ et cõpulsionibus curiarum supradictarũ et cuiuslibet earũdẽ. Et ita vt p̃missũ est tñ re cõplere attendere et obseruare: cõtraq3 in aliquo nunq̃ facere dicere seu venire de iure vel de facto p se nec p aliquã aliã psonã interpositã seu inter ponendã aliciuus vl' aliquorum arte ingenio seu cautella p solẽnẽ et validã stip. et sub obligationibus p̄dictis andicti andreas et martinus principales debi tores: et petr⁹ d orto eorum fideiussor pmiserũt p̃fato stephão creditori: et vt supra

stip. ⁊ recip. ⁊ iurauerũt ad ⁊ sup scã dei euãgelia ab eis ⁊ quolibꝫ ipsoꝝ suis dextris manib⁹ corporaliter gratis tacta. Renũciantes idẽ super pdictis oib⁹ ⁊ singulis ⁊ specialiter sub dicto iuramento gratis ⁊ scienter iuris et facti ignorãtie: oiqꝫ actiõi exceptioni deceptioni doli mali fraudis vis met⁹ erroris: ⁊ in factũ pditioni indebiti sine ca: vel ex iniusta causa fori priuilegio petitiõi libelli et oblatiõi eiusdẽ decẽ et viginti dierũ induciis feriisqꝫ messiũ et vindemiaꝝ: ⁊ oi alii dilationi tpis qbuscũqꝫ litteris statuis gratie siue respect⁹ ad tẽpus impetratis et impetrandis. Necnõ beneficio nouaꝝ ɔstitutionũ de duob⁹ reis debẽdi et de fideiussorib⁹. Et ceteris iuris et facti auxiliis beneficiis ⁊ remediis qb⁹ mediañ. ɔtra predicta: aut ex eis aliqua veire possent: vel in aliquo se iuuare defendere seu tueri. De qbus oibus et singulis supradictis dict⁹ stephanus creditor petiit sibi fieri publicũ instrumẽtũ p me notariũ publicum infrascrip. Acta fuerũt hec ⁊c. Et nota ꝙ forma precedẽs ɔtinet tres obligationes siue formas triũ specierũ obligationũ. s. obligationis post vẽditionem. Et obligatiõis vbi duo insolidũ. obligant. Et obligatiõis cũ cautione. Et ideo poterit notarius ex predicta forma elicere qđ voluerit: ⁊ sibi expedierit pro predictis obligationib⁹ ɔficieñ. siue ordinanđ. Itẽ nota ꝙ qñ debitor dat creditori fideiussorẽ ⁊ in precedẽ. forma ipse debitor solet ꝓmittere ⁊ se obligare dictũ suũ fideiussorẽ seruare indẽnẽ a cautione siue fideiussiõe quã pro ipso facit. Et illa ꝓmissio non dꝫ inseri in instrũo pricipalis obligationis: qr de hoc nihil ad creditorẽ. Sed dꝫ fieri instrumẽtũ seorsum ad partẽ hmõi ꝓmissiõe siue indẽnitate ꝗuis multi notarii male faciãt ɔtrariũ. Itẽ qr supius in duabus precedeñ. formis facta ẽ mẽtio de precario: iđ pro eruditione simpliciũ notarioꝝ videndũ est qđ sit pcariũ ⁊ in qbus reb⁹ ɔsistat: ⁊ qualiter ɔstituat ⁊ quaten⁹ duret et qualr firmatur. Est aũt precariũ qđ precibus vtẽdi petẽdi ɔceditur: ⁊ hoc tãdiu ꝗ̃diu is q concedit patitur: Et ɔsistit in rebus mobilibus ⁊ immobilib⁹ ⁊ in seruitutib⁹. Itẽ ɔstituit pcariũ iter pñtes ⁊ iter absẽti. p nũcium vel per epistolã et durat in tpe illud quo rogatũ ẽ: ⁊ alrs ꝗ̃tũ voluerit ille qui ɔcedit. vñ qui noie pcario ab alio possidet nõ possidet suo noie: sꝫ noie eius qui pcariũ ɔcessit: ⁊ per ɔñs nõ põt rẽ illã vsucapere aut pscribere. Itẽ soluitur seu finitur precariũ morte rogantis ipsiꝰ precariũ eo ꝙ ipsi dñtarat ⁊ non hrdi eius ɔcessa ẽ pcaria possessio: non aũt soluit morte eius qui ɔcessit quin imo remanet penes illũ cui ɔcessum ẽ: ⁊ durat per totũ tps eius ɔcessiõis in pdictis aũt duobus formis obligationũ non est tps precarii limitatũ seu diffinitũ: sꝫ confertur in tpus solutionis debitoꝝ ꝓ quibus ɔstituitur. Unde si debitor in vita sua non soluerit debitũ: ⁊ ita duret precariũ vsqꝫ ad eius mortẽ: an morte ipsius debitoris finiatur vel transeat et ɔtinuetur ad eius heredem: patet p predicta ꝙ finitur. Sed si ita sit creditor poterit fraudari suo debito nõdum soluto. Et ideo hec remitto peritioribus.

¶ Forma obligationis cum constitutione procura.

In Anno ⁊c. Nouerit ⁊c. ꝙ andreas philippi talis loci bõa fide ⁊c. Tenore ⁊c. ac in pñtia ⁊c. Confessus fuit in veritatis gratis et ex sua certa scientia recognouit nobilis Johanni de sancto Baudilio presenti stipu. ⁊c. Se dicto nobili Johanni debere ⁊ teneri soluere quingẽtas lib. turoñ. Et hoc tã rõne ⁊ ex causa vẽditionis ⁊ precii certorum aĩalium la-

natoꝝ ⁊ bouinoꝝ ꝑ dictum andream:vt dixit ab eodem nobili Johāne dudū emptorū ⁊ bitoꝝ ꝙ ex causa finaliter cōputi iter ipsos nobilē Johānē et andrea3 put asserebāt dudum facti ꝺ oibus vniuersis ⁊ singulis in quibus dictus andreas ⁊ ei9 ātecessores ꝓfacto nobili Johāni ⁊ ꝓdecessorib9 suis tenebatur et teneri poterāt cāis rōib9 seu occasionib9 quibuscunqꝫ. Et de quibus oli3 inter se eoꝝ ꝓdecessores iuicē agere babuerit tā cum publicis instris apodixis vel aliī scriptu.publi.ꝙ alijs a toto tpe pterito vsqꝫ in hūc diem pñtez. Et fuit actum ⁊ cōuentu3 depacto expresso inter dictas ptes ꝙ oīa instrumenta publica antiqua i ⁊ cū quibus dict9 andreas seu eius antecessores eidē nobili Johāni vl suis predecessorib9 reperiant teneri ⁊ esse obligati in qbuscūqꝫ debitis remaneāt in eoꝝ efficacia et virtute quousqꝫ supradictū debitum.l.librarꝝ turon.cū expeñ.fuerit dicto nobili Johāni vel suis integre psolutū ⁊ satisfactū.exceptōi vero dicte summe pecunie qngētarū lib.turoñ.per dictū andream prefato nobili Johanni debite ex causis predictis ⁊ omni errori calculi gratis ⁊ ex sua certa sciā dictus andreas debitor renūciauit. Quāquidem pecunie summā siue debitū qngētaꝝ librarū turō.dictus andreas debitor ꝓmisit ⁊ cōuenit supradicto nobili Johāni creditori pñti ⁊ vt supra stipulāti ⁊ recipienti soluere ⁊ satisfacere i pace:⁊ sine questione seu lite aut ꝯtradictione quacūqꝫ in oī loco seu foro vbi ꝯuētus extiterit ad ipsis nobilis Johānis creditoris volūtatē ⁊ simplicē reqsitionē:quā voluit dictus andreas debitor pro termino solutionis baberi vna cū expeñ.oibus damnis ⁊ interesse per dictu3 nobilē Johānē creditorem aut suos fieri contingentib9.quouismodo in petendo ⁊ exigēdo debitū predicti vel ob morā ⁊ retardationē solutionis eiusdē. Pro quibus oībus vniuersis ⁊ singulis supradictis per dictum andream artendenꝺ.compleñ.⁊c.idem andreas obligauit gratis:⁊ ex sua certa sciētia et de pacto expresso ypothecauit supposuit ⁊ submisit seipsum psonaliter et omnia:et singula bōa sua et suoꝝ presentia et futura iurisdictioni viribus cobertioni rigori compulsioni carceribus et detēti ac mero examini reali et personali curie camere dñi nostri pape et eius sancte sedis apostolice:et eius camerarij ac curie castelleti parisieñ.curieqꝫ pui sigilli regij montispe.⁊ curie ꝯueñ.reis nem.et cuiuslibet alterius curie ⁊c.ad quam seu quas dictus nobilis Jobannes recursum bēre voluerit pro premissis. Sic ꝙ incboata executione per vnam,seu alteram dictarum curiarū nihilominus possit bēre recursu3 ad aliā seu alias ꝙ seu quas idem nobilis Johānes duxerit eligendum seu eligēdas in qua seu quibus boc presens publici instrumē.ostendi contigerit seu producti. Jta ꝙ realis etpersonalis actio possit fieri et baberi contra dictū andreā et eius bona et suorum presentia et futura:ac si esset sententia lata per iudicē competeñ.que in rem transiuisset iudicatā. Et ibidē comparere et iuri pere totiens quotiens per dictu3 nobilem Johannem seu ad eius requisitionē fuerit conuentus seu etiam requisitus. Cōuenit et promisit dictus andreas debitor ꝓdictus:sic et taliter quod vna de dictis curijs per dictū nobilē Johannem seu suos electa et iudicio cepto in illa:ad aliā seu ad alias nihilominus ante litē contestatam et post redire possit ⁊ babere recursu3:nullū sibi neqꝫ suis pp electionē buiusmodi preiudicium generando. Jurisditione dictarū curiaꝝ ⁊ cuiuslibet earum se i boc gratis:et ex sua certa scientia idē andreas ꝓ negando. Jta videl3 ꝙ vigore buius presentis et publici istrumēti idem nobilis Jo

bannes possit et valeat per dictas curias et qualibet earūdē quā seu quas p̄ elegerit ipsum andreaʒ capi cogi cōpelli arrestari incarcerari: et psonaliter deti neri facere vsq; ad integram satisfationem omniuʒ et singulorum in presen- ti instrumento conteñ. Et nihilominus ibidem incontinenti et absq; aliquo in tervallo pro abūdantiori cautela ac maiori securitate dicti nobilis Johānis dictus andreas gratis et ex sua certa scientia fecit constituit et solemniter or dinauit suos veros ꝛc. ita tamen ꝛc. videlicet omnes et singulos procurato- res et notarios curie camere dōini nostri pape predicte qui nunc sunt vel pro tpe futuro erūt: quoꝝ nola ꝛ cognomina hic hēri voluit pro expressis ꝛ specia liter noiatis abseñ. ꝛc. ita ꝙ int cos ꝛc. scʒ ad cōparēdū ꝓcuratorio noīe ipsi us andree ꝯstitueñ. i iudicio ꝛ extra oi tpe feriato ꝛ nō feriato totiēs quotiēs ꝛ qñ eidē nobili Johāni ꝛ suis placuerit corū dictis dñis camerario aud. vi ce aud. locis tenend. ꝛ cōmissario dci dñi nři pape: necnō coram dictis dñis aliaꝝ curiaꝝ iudici. vicari. offi. custodib⁹ seu gubernatorib⁹ ꝛ locateñ. eorūdeʒ ꝛ dictū debitū dāna iteresse ꝛ expeñ. semel ꝛ plures ꝯītē. ꝛ ad recognoscēduʒ petēdū audiēdū ꝛ recipiendū oē preceptū monitionē sniam arrestū ꝛ māda- tū. ꝙ ꝛ q̄s prenoiati dñi camerari⁹ aud. vice. aud. locū teñ. cōmissarius: ac ēt aliaꝝ curiaꝝ supradictarū iudi. vestre offi. gubernatores ꝛ custodes ꝛ locate neñ. eorūdē facere ꝛ ferre voluerint cōtra ipsum andreā ꝯstitueñ. suosq; here des ꝛ successores ꝛ eorū bona ꝓ dicto debito et expeñ. ex soluēdo et eis spōte acqescen. Et ad submittendū ꝓpterea ipsuʒ andreā ꝯstitueñ. suosq; hered. ꝛ i posterū succes. ac bōa sua ꝛ suoruʒ fori iurisdictiōi vigori compulsioni cober- tioni carceri ꝛ detentioni ac mero examini reali ꝛ personali curiarum predi- ctarum ꝛ cuiuslibet eaꝝ et dñoꝝ curialiuʒ eorūdē: et ad volēdum et cōsentien dū expresse ꝙ dicti domini auditor vice aud. locum teñ. ꝛ cōmissari⁹ curie ca- mere apostolice ac dicti dñi iudices offic. vicarij custodes et gubernatores seu locateñ. eorūdeʒ aliarū curiarū supradictaꝝ in dictum andreā ꝯstitueñ. excō municationis sniam ferāt ꝛ processus alios quoscūq; faciāt cōtra eundē su- osq; hered. ꝛ succes. ꝛ eoꝝ bona quotiēs quādo quomō qualiter et vbi volue- rit ꝛ fuerit oportunū si dicto nobili Johāni aut suis nō fuerit de dicto debito dānis iteresse et expensis iuxta hmōi instrumēti seriē et tenorē plenarie itegra liter satisfactuʒ: ꝛ gñraliter ad oia alia vniuersa ꝛ singula faciēdū dicen. ꝓcu randū exercendū que in p̄missis et circa p̄missa et eoꝝ q̄libʒ necessaria fuerint seu etiā oportuna: etiā si talia forent q̄ mādatū exigerēt magis speciale: ꝛ que ipsemet andreas ꝯstituēs facere dicere ꝛ exercere posset si in premissis psonalr iteresset. Promittēs dict⁹ andree ꝯstituens prefato nobili Johāni pñti: ꝛ mihi notario publico ꝛc. pñti stipulāti ꝓ oib⁹ illis ꝛc. Se ratū gratū ꝛ firmuʒ nūc pro tunc ꝑpetuo hituꝝ ꝛ obseruaturū totū id ꝛ qcqd p dictos suos ꝓcurato res seu aliquē ex eis actū et gestū fuerit seu alias quolibet ꝓcuratū in p̄missis ꝛ quolibet eorūdē. Et pro eis eoꝝ quolibet iudicio sisti ꝛ iudicatum solui: cum suis clausulis vniuersis. Et releuās dictos ꝓcuratores suos ꝛ eoruʒ quēlibet ab oi onere satisdādi se ꝓ eis ꝛ eoꝝ qlibet fideiussorē ꝯstituēs ac ēt pricipalē debitorē sub ypotheca ꝛ obligatiōe oiʒ et singuloꝝ bonoꝝ suoꝝ pñtiū et futu roꝝ: ꝛ cū ac sub omni et qualibet iuris et facti renūciatione ad hec necessaria pariter ꝛ cautella. Et insup ꝓlibat⁹ andreas promisit sub virtute ifra per euʒ prestandi iuramēti dictos ꝓcuratores suos seu aliquē ex eis casu aliquo non

enocare donec eidē nobili Johanni de debito supradicto ac d̄ dānis iteresse ꝛ expēn. fuerit ad plenum ꝛ integre satisfactum. Et si eos vt eoꝝ aliquē p ipm andreā cōstituen. reuocari cōtingeret reuocationē huiusmodi voluit aliquali ter non tenere. Sed pro ꝯfirmatiōe haberi pūti instro ꝛ ꝯtēn. i eodē suo robo re duraturꝫ. Et ꝙ oia singula supradicta sic ꝑa sint: eaqꝫ cū effectu dict⁹ An dreas teneat ꝯpleat attēdat inuiolabiliterqꝫ obseruet ꝛ ꝯtra in aliquo nō veni at de iure nec de facto p se nec p aliquā aliā interpositā personā ꝛc. sub cuius iuramēti virtute dict⁹ Andreas renūciauit ex sua certa sciētia: ꝛ p pactuꝫ ex ꝓssuꝫ in ꝓmissis oībus ꝛ singulis oi actioni ꝛc. cuilibet alij exceptiōi petitioni ꝛc. decē ꝛc. Et iuri dicēti vbi iudiciū ceptum est ibi finem accipe debet. Et iuri dicēti ꝯuētū corā nō suo iudice posse toꝫ declinare ꝛ ante litē ꝯtest. penitere. Et iuri dicēti liberas psonas p debito icarcerari nō posse ēt si cesserint bonis ꝛ būficio appellatiōis cuiuslibet seu ꝯdictiōis. Necnō ipetratiōi quarūcūqꝫ lraꝝ sup cācellatiōe pūtis publici instri debite certiorat⁹ p me notariū publi cū ifrascriptū: ꝙ si ꝯtrauenī p se vel p aliuꝫ in futuꝫ fieri ꝯtingeret et nūc p tūc ꝛ ꝯtra gradis: et ex sua certa sciētia dedit donauit ꝛ ꝓmisit dare ꝛ soluere pe ne noie dño procuratori regio i pūti senescalia bellicadri ꝛ nemā. ordiato me notario publi. infrascripto vt cōmuni ꝛ publica psona p eodē dño procurato re regio absen. stipulante solemniter ꝛ recipiente. Summā decem vel viginti vel centum librarū turon. pro qua summa siue pena sic ꝓmissa exigēda ꝛ sol uenda voluit ꝛ ꝯsentijt debitor antedict⁹ executionē in psona ꝛ bonis suis fie ri ꝛ perfici posse ꝛ debere nulla alia iudicia sententia vel ordinaria super hoc expectata. Et super renūciauit quibuscūqꝫ litteris status gratie siue respect⁹ ad tēpus impetratis et impetrādis. Et specialiter ꝛ expresse iuri dicēdi gene ralem renūciationem nō valere nisi processerit specialis. Et generaliter omni alij iuri canonico et ciuili ꝛc. De quibus ꝛc. Acta fuerunt hec ꝛc.

¶ Sequitur de solutionibus ꝛ liberationibus siue quitationibus.

Post tractatum obligationū cōueniens est vt de solu tionib⁹ et liberationib⁹ siue qttationib⁹ et qualiter super eis ꝯficiantur publica instrumenta tractatum subijciam specialem. Uidēdum ē igitur primo qbus modis liberatur debitor ab obligatione deinde quis debet soluere. Itē cui solui debeat ꝛ qualiter. Itē quid soluatur seu solui debeat. Liberatur au tem debitor multis modis. primo per nouationem ꝛ per delegationē siue inso lutū dationē ꝛ p cōpositionē. Itē p acceptilationē ꝛ p ꝯfusionē. Itē p oblatio nē ꝛ depositiōem ꝛ ꝯsignationē. Itē per interitum speciei q̄ erat in obligatio ne: dum tñ mora nō precesserit nec debitorem occiderit. Itē tollitur ipso iure obligatio et liberatur debitorem p solutionē. Quis aūt soluere debeat. dic qḋ si is qui debet et potest soluit ipso iure tollitur obligatio: dum tamen sit maior viginti quinqꝫ annis et compos mētis ille obligatus est et soluit. si antē sit mi nor et pupillus vel adultus habēs curatoreꝫ que soluit nō tollitur obligatio. secus est in eo qui nō habet curatorem. Sunt ēt quidam q tenentur soluere: lꝫ non sint obligati creditori vt tutores curatores et oēs alij legit mam hūtes administrationem vt sunt alij q sua spōte pro alio soluunt creditore volēte no mine debitores non suo. Alioquin non ꝯtingeret liberatio vel creditore igno rān. et tunc tenet creditor hēre ratuꝫ. vel inuito creditore qñ species vel quā titas erat in obligatione: qꝛ tunc alius eam inuicto creditore offerre pōt: secus

si factū erat i obligatiōe: qr hoc p aliū inuito creditore fieri seu solui nō potest cū forte idustria persone debitoris fuisset electa. Sed cui solui debeat ⁊ q̄des creditori maiori ⁊ adulto nō pupillo. si tamē habeat pecuniā saluā reperit̄ pupill⁹ ab agēdo ꝯtra suū debitorē q sibi soluit. Itē soluit̄ tutori ⁊ curatori. Itē aliȷ̄ volente creditore vel ratū habēte vel ab eo speciale mādatū ad hoc habēte si tamen qui soluit faciat tacite vel expressim reuocatū mādatū nō liberat̄. Quid āt soluat̄ seu solui debeat: ⁊ q̄dē id qd̄ est in obligatione si erat corporale nam in corporalia nō recipiūt solutionē vel traditionē. Sed q̄d si debitor teneatur suo creditori i plurib⁹ ⁊ diuersis debitis ⁊ ex diuersis causis: cuius erit electio pro quo debito fiat solutio an scilꝫ debitoris soluen̄. vel creditoris recip. Ad hoc dicas ꝙ si debitum sit in quantitate ⁊ debitor dum soluit exprimat pro quo debito vel pro qua cā soluit in illo debito vel cā cedet ⁊ intelligat̄ facta solutio. si vero nō exprimat ⁊ omnes cause ex qb⁹ debꝫ sint principales tunc datur creditori electio in quo ⁊ ꝑ quo debito fiat solutio. dum tamen incontinenti eligat: ⁊ si nō eligat incontinenti pōt in eam cām computare solutionem in quam solueret ipse si deberet seu debitor esset. vnde verisimile est ꝙ potius solueret debitum de quo non est controuersia q̄ȝ illud de quo dubitat̄ ⁊ est questio. Et potius pro se q̄ȝ pro alio ⁊ in hoc ꝓdest electio facta incontinēti vel per creditorem. Si autē creditor nunq̄ȝ eligit aut incōtinenti nec ex interuallo ⁊ plures sint cause debitorū cedet solutio i oīb⁹ pro rata: sꝫ si vna apparet grauior vel durior causa: puta qa pro vno debito est debitor obligat⁹ i ꝑsona ⁊ bona: ⁊ pro alio in bōis tātū vel in vno debito est obligat⁹ sub vsuris ⁊ in alio simpliciter sine vsuris: ⁊ sic de similibus: ⁊ tūc in eam causaꝫ que erit grauior ⁊ durior semp intelligit̄ facta solutio. Cum autē superius dictum est de electione creditoris facta incontinenti intelligendū est si debitor tacet vel ꝯsentit: quia si dissentit vel contradicit non tenet electio creditoris quinimmo debitor solutū repetit. In omni autē debito regula est ad hoc vt debitor liberetur ꝙ plane ⁊ in totum fieri debeat solutio: sed hoc fallit in debito non loquido ⁊ in libertate ⁊ cū aliter partes conueniunt. Item omnis satisfatio ꝓ solutione cedit: dum tamen creditor eam admittat ⁊ acceptet. alias nō cogitur satisfacere namq̄ȝ est prout voluerit creditor. Unde si habeat creditor debitam pro soluto ⁊ accepto q̄ȝuis reuera non acceperit liberatus est debitor. Item generaliter tollitur siue soluitur omnis obligatio eisdem modis contrarijs quibus contrahitur. ⁊ quia vt dictum ē superius in capitulo de obligationib⁹ quattuor modis ꝯtrahitur obligatio: scilicet re: verbis: litteris consensu: ergo quattuor modis tollitur: scilicet re: interuentu: acceptilatione: litteris in cōtrarium missis siue scriptis. ⁊ econtrario consensu prout ibidem dictum est: quia prout quisq̄ȝ contractus est ligatus: ita solui debet sicut iura dicunt.

¶ Forma instrumenti. quittantiem totius debiti siue dotis.

IN dei noīe amē. Anno ⁊c. Nouerit ⁊c. ꝙ cū oliꝫ martin⁹ de pōte ꝯdisset ꝯstituisset ⁊ assignassꝫ i dotē ⁊ noīe dotis laurētio filio ādree philippi vna cū ysende filia dicti martini vxoreq̄ȝ dicti laurētij ⁊ ꝑ ipa ⁊ suis futuris lib. xl. lib. turon̄. ⁊ vestes nuptiales einsdē ysēdis vsq̄ȝ ad sūmā seu valorē. xx. lib. turō. ꝑut ꝺ dcā dotis ꝯstōne pleni⁹ ꝯstat vl̄ ꝯstat̄ ꝺ instro publico ꝑ me notarium publicum infrascriptū vel p talē notariū i notā sumpto sub anno ⁊c. Cūq̄ȝ dict⁹ martinus ēēt teneret̄ ⁊ eēt efficaciter obligat⁹ pre

facto laurẽtio ĩ sũma qnquaginta librarꝫ turonẽ.cã verilealr ⁊ ami[illegible]
tui cũ istrumento publico p me notariũ publicũ ĩfrascriptũ per t[illegible]
in notã recepto.sub ãno ⁊c.Hinc ſi qdeꝫ fuit ⁊ eſt ꝙ hac die pñti [illegible]
pricipio.huius veri ⁊ publici iſtrumẽti ãnota pfactus laurẽtius phĩlippi [illegible]
ibidẽ volenteqꝫ ⁊ cõſentien.dicta yſende vxore ſua bõa fide ⁊ ſine dolo p [illegible] ⁊
ſuos hereð.⁊ i futurꝫ ſucceſſores quoſcũqꝫ.Tenore huius veri ⁊ publici [illegible]
mandato ſuo ↄfecti firmiter ppetuo valituri ac in pſentia mei notarij publici
⁊ teſtiũ infraſcriptorꝫ cõfeſſus fuit ĩn veritate gratis ⁊ ex ſua certa ſciẽtia re
cognouit pnominato martino de põte ſocero ſuo pñti ſtipulañ.ſolẽniter et re
cipiẽti pro ſe et ſuis heredib⁹ et ſucceſſorib⁹ in futurũ vniuerſis:ſe ab eodem
martino hũiſſe et itegralr̃ p diuerſas ſolutiões recepiſſe totã et vniuerſaꝫ do
tẽ pdictã in iſtrumẽto dotali ſupius deſignato ↄtẽtã et expſſaꝫ:nec nõ totum
et vniuerſum debitũ ſupradictũ qnquaginta lib.turon.exceptiõi vero totius
dicte dotis et debiti pdicti p dictũ laurentiũ a dicto martino nõ habitorũ et
nõ receptos:ſpeiqꝫ future habitationis et receptõis eorũdẽ ex cauſis pdictis
et oĩ errori calcr̃i:et ſua certa ſcia dictus laurẽtius renũtiauit.de qb⁹ qdẽ dote
et debito pdictis contẽtus exñs:et p bñ ſoluto pacato et ſatiſfacto ſe reputãs
dictũ martinũ pñtẽ vtẽ ſtipulantẽ et recip.et ſuos ac bõa ſua et ſuorꝫ qttauit
liberauit penitus p imppetuũ et abſoluit p acceptilationẽ idẽ ſubſecutã aqui
liana ſtipulatõe legitie pceden.a cũ pacto reali valido et ſolẽni de vlteri⁹ ali
qd plus ab eodẽ martino:neqꝫ a ſuis occaſiõe pmiſſorũ nõ petẽdo.Promittẽs
in ſup pfactus laurẽtius ſe nihil feciſſe ⁊c.vt ĩ alijs formis pced.Acta fuerũt
hec ⁊c.Et notant dictũ ẽ in pcedenti forma pñte ibidẽ volenteqꝫ et ↄſentiẽte
dicta yſendeqꝫ ſi loc⁹ ſiue caſus repetõis dotis eueniat morte mariti q dotẽ
receperit vxor hꝫ optionẽ repetẽt dotẽ vel hereð.mariti vel ab eo q dotẽ ↄſti
tuit.ꝙ nõ hẽbit ſi ĩ ſolutõib⁹ factis marito ↄſũpſerit.Et iſtud ẽ mẽti tenẽdũ.

¶ Alia forma inſtrumenti generalis quittantie.

IN dei noĩe amẽ.ãno ⁊c.Nouerit ⁊c.ꝙ andreas phi
lippi bõa fide ⁊c.ac in pñtia ⁊c.ↄfeſſus fuit ĩ vitate gratis et ex ſua cer
ta ſciẽtia recognouit martino de põte pñti ſtipulãti ⁊c.ſe ab eodẽ martio ha
buiſſe et recepiſſe plenã et integrã ſolutionẽ oim vniuerſorꝫ et ſingulorꝫ debi
torꝫ et aliarꝫ rerꝫ quarũcũqꝫ in qb⁹ dict⁹ martin⁹ et ſui parẽtes et pdeceſſores
pfato andree ſeu ſuis anteceſſorib⁹ tenebãt ſeu teneri poterãt tã rõne et ex cã
mutui et vẽditõis quarũcũqꝫ mercãtiarꝫ et loquerij aĩaliũ equinorꝫ et mulati
norꝫ vẽditiõis vſuſfructuũ certorꝫ pratorꝫ camporꝫ et vinearꝫ:quã alr̃s quouiſ
mõ et cauſis qbuſcũqꝫ:et tã cũ publicis iſtrumẽtis ꝗ alr̃s a toto tpe preterito
vſqꝫ ad diẽ pñtẽ:caſſando et ãnullãdo oĩa et quecũqꝫ publica iſtra apodixas
et alr̃s ſcripturas publicas ſeu priuatas ĩ et cũ qbus dictus martin⁹ ſeu ante
ceſſores pfato andree aut ſuis anteceſſorib⁹ poſſent teneri.quolibet et reperi
rent obligari.Ita et taliter ꝙ predicta inſtrumẽta obligatoria apodixe et alie
ſcripture nullã deinceps ꝫ dictũ martinũ vel ſuos ĩ iudicio vel extra obtineãt
roboris firmitatẽ.exceptiõi ⁊c.quittauit ⁊c.Promittens inſuper prefatus an
dreas ſe nihil feciſſe ⁊c.vt in alijs formis precedẽtibus.Acta fuerunt hec ⁊c.
Et nota ꝙ ex pria forma qttañ.poterit notari⁹ elicere duas qttãtias vnã vi
delicet de tota aliqua dote per ſe:et aliam de alio debito per ſe.et de ſecũda et

precedeñ. forma poterit elici generalis qttantia de qbuſcūqꝫ debitis et rebus
faciendo ⁊ ſcribendo in vnaquaqꝫ debitas narratiuas: ꝓut exiget ſeu requiret
materia ſuper qua fient dicte quittātie ſuo modo.

¶ Forma inſtrumenti delegationis ſiue dationis inſolidum alicuius debiti.

IN dei noie amē. āno ⁊c. Nouerit ⁊c. ꝙ cū petrus de
pinu diceret̃ ⁊ eēt efficacit̃ obligat⁹ martio d̄ pōte in ſūma. x. lib. turoñ.
ex cauſis ꝯteñ. i quodā publico inſtr̃o ꝑ talē notariū in notā ſumpto. ſub anno
⁊c. Dictaſqꝫ martin⁹ teneret̃ andree philippi i ſimili ſūma ſiue debito decem
lib. turoñ. cū quodā publico inſtr̃o ꝑ me notariū publicū in notā ſumpto. ſub
anno ⁊c. et ex cauſis i eodē inſtr̃o ꝯten. et ſpecificatis nō haberetqꝫ dict⁹ mar
tinus ꝓut dicebat de quo dicto andree de dictis. x. lib. turō. in ꝓmptu ſatiſfa
cer̃ poſſ3 niſi de alio debito p̄dicto i quo dict⁹ de pinu ſibi vt p̄mittit̃ tenetur.
hinc ſiqdē fuit ⁊ ē ꝙ hac die p̄nti ſupius in p̄cipio huius veri ⁊ publici inſtr̃i
annotata dict⁹ martin⁹ de pōte bōa fide ⁊ ſine dolo ꝑ ſe ⁊ ſuos heredē. et i fu
turꝝ ſucceſſores quoſcūqꝫ. Tenore hui⁹ veri ⁊ publici inſtr̃i mādato ſuo cōfecti
firmiter ꝑpetuo valituri ac i p̄ntia mei notarij publici ⁊ teſtiū ifraſcriptoꝝ de
dit delegauit ceſſit remiſit et iſolutū tradidit et aſſignauit p̄fato ādree philip
pi ibidē p̄nti ſtipu. ſolēnit̃ ⁊ recipiē. ꝓ ſe et ſuis hr̃dib⁹ et ſucceſſorib⁹ i futurū
vniuerſis iſolutū ſiue pagā dictaꝝ. x. lib. turō. i qb⁹ idē martin⁹ dicto andree
vt dictū ē tenet̃: videl3 debitū ſupradictū aliaꝝ decē lib. turoñ. i. quo dict⁹ pe
trus de pinu eidē martino vt p̄miſſū3 ē tenet̃: nec ñ oīa vniuerſa ⁊ ſingl'a iura
oēſqꝫ oīno actiōes petitōes et demādas reales ꝑſonales mixtas vtiles ⁊ dire
ctas ciuiles ⁊ p̄torias ac al's quaſcūqꝫ q̄ et q̄s dict⁹ martin⁹ de pōte h3 et hē
re p̄t ⁊ d3 aut viuus ē hēre ⁊ q̄ ſibi cōpetūt ſeu cōpetere p̄nt ⁊ debēt nūc vel i
futurꝝ aduerſus ⁊ ꝯ̄ ſupradictū petrū de pinu ⁊ i bōis eiuſdē rōne ⁊ ad cām
ſupradicti debiti decē lib. turoñ. ⁊ ꝯtētoꝝ iīſtr̃o obligatorio ſupius mētionato
et deſignato. ſup quo quidē debito decē lib. turoñ. ſicvt p̄mittit̃ ꝑ dictū marti-
nū de pōte p̄facto andree philippi delegato et iſolutū tradito et aſſignato iu
ribuſqꝫ actionib⁹ petitionib⁹ demādis p̄dictis ꝑ eundē martinū dicto andree
ſupius ēt ceſſis ⁊ remiſſis. Jtē martin⁹ fecit ⁊ ꝯſtituit deū andreā p̄ntē et vt
ſupra ſtip. et recipieñ. veꝝ dn̄3 et ꝓcuratorē legitimū vt i reb⁹ ſuis ꝓprijs legi
time ꝯſtitutū ita ꝙ ambo deinceps dict⁹ ādreas poſſit ⁊ valeat debitū p̄dictum
petet̃ exiget̃ recipet̃ et recupare et ſup illo cōpromittet̃ trāſiget̃ ⁊ paciſci qttā
tiā ſeu quittantias de eodē facere ⁊ ꝓcedere in quocūqꝫ iudicio ⁊ extra iudi-
cium cōparere agere defendere et experiri et cetera oīa vniuerſa et ſingula fa
cere dicere et exercere que quilibet verus dn̄s ⁊ procurator legitimus de reb⁹
ſuis proprijs in eiſdem legitime conſtitutus facere dicere et exercere pōt ⁊ d3
que ipſemet Martinus de ponte ante hanc preſentem delegationem ⁊ inſolu
tum dationem facere dicere exercere poterat ⁊ potuiſſet ſe ⁊ ſuos prenomina
tus martinus de ponte de dicto debito decem librarū turoñ. iuribuſqꝫ actiōi
bus petitionibus et demandis p̄dictis per eū prefato andree philippi ſupius
delegatis ⁊ inſolutum traditis ceſſis et remiſſis diueſtiēs dictū andreā plen-
tē ⁊ vt ſupra ſtip. et recipi. per tactū manuum ſuaꝝ et ipſi⁹ andree īueſtiuit ple
no iure de eiſdem. Fuit tamen actu3 cōuentum de pacto expreſſo ſolēni ſtipu
latione validato inter dicto andrea3 et martinū atqꝫ per dictū andreā exp̄ſſe

retētū ꝙ instrumētū obligatoriū supradictū in ⁊ cū quo dict⁹ martin⁹ eidem andree tenet ⁊ est obligat⁹ i debito decē librarꝝ turon. remaneat i suo efficatia ⁊ virtute donec ⁊ quousq̄ ipse andreas aliō decē librarꝝ turoñ a supradicto petro de pinu vel suis pene ⁊ integraliter fuerit ꝯsecut⁹ ⁊ sibi de eodē plenarie satisfactū: ita ꝙ si dictū debitū a dcō petro recuperare nō posset: liceat iā eidē andree ad suum priimū debitū redire ⁊ pro illo exigēdo ꝯtra dictū martinū ⁊ ⁊ eius bona hēre recursum. Promittēs insup dict⁹ martin⁹ de pōte se nihil fecisse ⁊c. vt in alijs instr̄is vsq̄ ad finē. De qbus ⁊c. Acta fuerūt hec ⁊c.

¶ Sequitur de procuratoribus constituendis.

Qualiuis procuratores ꝯstituere nō sit ꝓprie ꝯtract⁹: tñ qr ꝓ litibus ⁊ causis exercēdis ⁊ diuersis negocijs pagēdis: expedit necessario vt ꝓcuratores cōstituātur: idcirco postquā sup nōnullis ꝯtractib⁹ inuenes notarij siue tabelliones vt melius potui informari de ipsis. etiā ꝓcuratoribus constituendis ⁊ instrumentis publicis super eis ordinandis doctrinā breuē tradere volo. Ostēdendo quis dicatur ꝓcurator ⁊ qualiter cōstituatur: ⁊ quis possit eum constituere: ⁊ quis possit procurator ꝯstitui. Itē in quare siue rebus possit constitui procurator. Item qualiter eius officium siue mādatum finiatur ⁊ de quibusdā alijs. Est autem ꝓcurator q alia negocia mādato dñi administrat vel sic. Procurator est qui aliena negocia mandato sibi a domino facto ingerenda gratuito suscepit. ⁊ intellige negocia plura vel vnum. mandato autem dñi ideo dr̄ ⁊ excludat tutores vel curatores vel collegia vł ꝑlatos ecclesiarꝝ q ad similitudinem tutorꝝ ꝓcuratores cōstituere nō possūt: sed syndicū vel actorē ꝯstituere debēt. gratuito aūt ideo dicit: quia si interueniat merces locator dicitur operarū non procurator ⁊ dicetur locatio contracta. Suscepit aūt ideo dixi: qr ꝓcurator tenet nō ideo qr gerit sed qr gerēdū suscepit. vñ ab initio fuit sibi voluntariū sed post susceptum mandatū est necessarium. Cōstituit aūt procurator inter pñtes ⁊ etiam inter absentes. Et ideo ab imperitia procedit quando notarius in suo instrō dicit talis ꝯstituit suum procuratorē talē absentē tāq̄ pñtem: qr nihil est dicere. Duo tñ requirūtur qñ ꝓcurator absens ꝯstituit. Primo ꝙ ille certificet vel ꝑ nūciū vel per epistolam vel alio mō. secūdo ꝙ certificatus ratificet mādatū vñ eo ipso ꝙ recipit instrumentum ꝓcuratorij siue mādati videtur ratificare. Itē ꝯstituit nō tantum vnus sed vt plures ⁊ insimul vt qlibet insolidum. Sed qd si plures constituantur nō adiecto insolidum: an tunc qlibet per se possit exequi mādatum quidam tenent ꝙ quilibet ꝓ pte ⁊ nō insolidum videatur ꝯstitutus ita ꝙ per se non possit mandatum exequi: licet in pluribus tutorib⁹ datis sit secus. Cum aūt diuersis temporib⁹ ꝯstituit q ꝓcuratores posteriorem dando videt priorem reuocare: nisi adiecta sit illa clausula q̄ cōiter apponi solet: videlʒ ⁊ citra reuocationem procuratorū suorꝝ alias per ipsum ꝯstitutorꝝ ⁊c. Sed quis potest cōstituere ꝓcuratorē: dicas ꝙ qlibet pr̄familias liber homo maior. xv. annis cōpos mentis dñs rei vel cause. Sed ⁊ filiusfamilias quādoq̄ constituit procuratorem vt si habeat peculium castrense vel quasi castrense: vel etiam si habeat aduenticiū ⁊ pater eius est absens: ⁊ procurator ei⁹. minor vero. xxv. annis cū auctoritate tutoris vel curatoris constituit procuratorē: sed nō tutor vel curator, cōstituet in tutor vel curator actorē cū licētia ⁊ decreto iudi-

cis suo periculo ⁊ tā ad lites ꝙ̄ ad negocia. Itē compos mentis cōstituit ꝓ-
curatorē ēt si sit surdus vel mutus. Et generalr cuilibet licet ꝯstituere ꝓcura
torē nisi lege vel iure ꝓhibeatur: vel ratiōe ꝑsone vel rōne cāe. Qui aūt possit
ꝓcurator ꝯstitui: dic ꝙ paterfa. et filiusfa. Itē maior. xv. ānis. et nō minor nisi
qñ minor lite ꝯtestata cōtra absentē instituitur ad ei⁹ defensionem vel ipse mi
nor spōte sua iteruenit. Nā iura dicūt sancti⁹ ē talē admittere ꝙ̄ absentē gra
ui ꝯdemnatiōe afficere: et hoc qñ minor allegat cām absentie ſm aliquos. Ad
negocia vero minor. xxv. ānis dum tamē sit maior. xvij. annis procurator esse
potes. Item cōstituit procurator: cōpos mētis nō furiosus loquēs audiēs nō
mutus vel surdus nisi administrandum. Itē qui est de aliquo crīe accusatus
pēdente accusatiōe nō cōstituit procurator nec ad nouos spirat honores. Et
multomagis eū dico nō ꝯstituēdū: qui iam de crimine ē damnatus. Ita vt qui
amiserit ciuitatē vel libertatē. Sola autē rōne infamia ꝓcuratoris vel dñi nō
repellit ꝓcurator: ſ; in hoc ⁊ circa etatē aliud sit in aduocato. Itez ꝯstituitur
masculus nō femina nisi ꝓ parentibus si morbus vł etas impedit eos nec ali
um inuenire possunt. Itē ꝓ libertate suorū cognatoꝝ et pro defensiōe dānati
ad suppliciū admittitur femina: et in casibus in iure expressis. Item miles nō
constituitur nec admittitur etiam volēte aduersario nisi miles sit veteranus:
quia tunc bene admittitur. Item seruus nō cōstituitur ꝓcurator in iudicio qꝛ
in iudicio non pōt interesse. ad negocia autem constitui pōt. Itē volēs tātum
et expressum consentiens cōstituit procura. nō mutus. Secus aūt est in syn-
dico vniuersitatis: qꝛ officium syndicatus est necessarium. Itez in qua re siue
rebus pōt cōstitui ꝓcurator: dic ꝙ in litem pñtem et futurā si causa sit pecu-
niaria nō popularis vel criminalis publica. Si autez sit causa criminalis vel
publica vel priuata ex qua nō īponitur pena capitalis sed relegationis vel mi
nor bene constituitur in ea procurator pōt ēt ꝓcurator iteruēire ēt minor vel
femia: et q alias nō pñt eē ꝓcuratores ī crimīali cā ñ allegātes iura cause pri
cipalis: ſ; causas absentie ꝑacti. Itē multe cause ī qb⁹ exigit̄ spāle mādatū ve
luti ad crimē apponēdū. Itē in crimine suspecti tutoris. Itē ī cā ī itegrū resti
tutiōis. Itē in cā mrīmonij. Itē in cā stat⁹ et qbusdā alijs. Itē circa negotia
hic nota ꝙ qs tm̄ ꝑ se et ñ ꝑ ꝓcuratorē tenet̄ nouū ēphiteotā īducere ī posses-
siones de iure ꝯsuis qdē dicāt ꝙ ēt ꝑ ꝓcuratorē ꝑ̄t: dū tñ ad hoc speciale mā
datū habeāt. Itē qualiter finiatur ꝓcuratoris offm̄ siue mādatū. Et qdem re
uocatione dñi quā facit re integra. i. ante litem ꝯtestatā. Item finitur manda
tū renūciatione procuratoris q̄ fit re itegra: postea vero ñ nisi cā cognita. Itē
finitur morte mādatoris vel mādatarij re integra. secus si re nō integra. Itez
finit̄ mandatū finita cā. i. lata diffinitiua sententia: q̄ sententia ferenda ē ꝯtra
procuratores si per eū lis fit ꝯtestatā vel nō. ſ; quidā dicāt ꝓcuratorē ꝯdēnā
dum vt lis est ꝯtestata cū eo. sed si cum dño ipse ꝯdemnabit vel absoluet. Itē
forte est in causa mrīmonij et in causis criminalibus. ī qb⁹ nō ita apte possunt
cōcipi verba sententie ī ꝑsona ꝓcuratoris: sicut in ꝑsona dñi. Itez est notādū
ꝙ earum ꝑsonarū q̄ aliena negocia et causas administrant nomina et officia
sunt diuersa: qꝛ alius dr̄ procurator alius negociorū gestor: ali⁹ syndic⁹: alius
yconomus: alius actor: alius tutor et alius curator vel versus. Sū procura
tor curator syndic⁹ auctor priuati mrīmonij plebis et epi yconomus dat̄ ec-
clesie tutorq; pupillo. vñ procurator ē qui cū mādato negocia aliēa siue cau-

fas exercet. Negocio℞ gestor est ille qs sine mandato alicuius absentis nego cia admistrat. Syndicus ē q̄ cstituit a populo alicui⁹ vniuersitatis vel a colle gio siue cuētu alicui⁹ mōasterij vel eccl'ie vn̄ sindic⁹ grece idē ē ꝙ defensor la tine ꝛ pōt cstitui ad lites p̄ntes et futuras et sine decreto. Yconomus vero est ille q gerit negocia siue cās alicuius ecclesie cū mādato. Actor aūt dicitur il le quē eps vel collegiū ꝛ cstituit ad lites p̄ntes tm̄ ꝛ cū decreto: ꝛ hoc ideo qꝛ decretū nō extendit ad futura: sꝫ circa presentia tm̄. Unde si negociū ptineat ad epm p epm debet actor cstitui cū csensu capituli. Si ad cap'lm cstitui debꝫ p capitulū cū csensu episcopi. Potest āt cstitui actor vel syndic⁹ siue sit de vni uersitate siue nō ꝛ tam paterfamilias ꝙ filiusfamilias dū tamē alias habeat ēt legitimā. Et sil'r tutor solet cstituere actores: tutor vero ē q dat liberis pu pillis vel a testatore vel a magistratu siue iudice ordinario: curator āt est q da tur a iudice adulto petēte: vel ēt furioso seu mētecapto vel pdigo. Et interduꝫ datur curator bonis alicuius vacañ. ꝛ indefensis. Et interdū ēt dat curator liti. Scdm aūt canonistas oēs administratores vocant pcuratores: qꝛ nō cu rāt de diuersitatib⁹ noium. Itē est notandū ꝙ religiosi nō possunt esse pcura tores alicui⁹: nisi cum licētia suo℞ plato℞ siue supio℞. nec ēt facti pcuratores p̄nt substituere aliū loco sui nisi cū licētia supioris plati. Dato ꝙ ab alio reli gioso sint cstituti etiā cū potestate substituēdi. Utrū āt excōicatus possit csti tui pcur. vel ēt pcuratorē cstituere? dic ꝙ nō nisi ad negocia. Itē nec si sit csti tut⁹ pōt aliū substituere. oēs eni act⁹ legitimi excōicati sunt iterdicti. Iteꝫ est notādū ꝙ nō valet generale mādatū reqrit. vn̄ cū diuersa ꝛ quasi ifinita sint hoium negocia dū p alium volunt illa exercere: necesse ē i singulis speciale mā datū reqritur. vnde cum diuersa ꝛ quasi infinita sint hoium negocia duꝫ per aliū volūt illa exercere: necesse ē in singulis speciale mādatū pcedere exceptis cnexis negocij qñ vnū sine alio expediri nō potest: qꝛ in illū vnū sufficit māda tū. Itē ē notādū ꝙ mutus ꝛ surdus p̄nt pcuratores cstituere ꝛ hoc p nutū ꝛ signū. Sed quō apparebit de cōsensu p nutū: dic ꝙ si iterrogat⁹ ānuit. Et no tari⁹ q de hoc facit instrm debet illud signum exprimere in suo instro: qꝛ tale signum est loco vocis. vnde sicut oportet ꝙ scribat voces: ita oportet ꝙ scri bat signa alia non crederetur instrumēto. Utrū aūt cecus possit esse procura. dic ꝙ nō ad iudicia eo ꝙ a postulando repellitur. ad negotiantem potest.

¶ Forma instrumenti procure generalis ad omnes lites.

In dei noie amen. Anno ꝛc. Nouerint ꝛc. ꝙ andreas philippi. Tenore huius veri ꝛ publici instrumenti mandato suo confecti firmiter ppetuo valituri ac in presentia mei notarij publici ꝛ testium infrascri pto℞ omniqꝫ co modo meliori ꝛ forma quibus de iure potuit ꝛ debuit citra tamē reuocationē pcuratorum suo℞ alias per ipsum cstituto℞ fecit cstituit ꝛ solemniter ordinauit suos veros certos legitimos ꝛ indubitatos procurato res actores factores ꝛ negociorum suo℞ gestores speciales: generales. Ita tñ ꝙ specialitas generalitati non deroget nec ecōtra: videlicet venerabiles ꝛ di scretos viros dominus Guillelmū de burgundeo. Stephanum valete leguꝫ doctores Claudium legereti. Johannē drouyn in legibus liceñ. ciuitatis Am bro. Johannē laurentij Johānem barrerie iacobū lamberti liceñ. i legib⁹ ꝛc. ville mōtispessu. ꝛc. eo℞ ꝛ quemlibet insolidū ita ꝙ iter eos nō sit melior cdi

tio primit⁹ occupātis vel sub occupantis deterior: sed qđ p vnū ipsoꝝ īceptū
fuerit p aliū seu alios ex eis ꝓseq mediari valeat ⁊ finiri. s. ad cōparēdū agen
dūq₃ ⁊ defendēdum ꝓ dicto andrea ꝯstituēte ⁊ eius noīe in oībus vniuersis
singulis suis causis legib⁹ qōnib⁹ ⁊ demādis motis ⁊ mouēdis tā per eū₃ ꝙ
ꝯtra ipsū₃ ꝯsti. seu ei⁹ bōa res ⁊ iura in oī ⁊ q̄cūq₃ curia ecclesiastica vel secu⸗
lari ⁊ corā qbuscūq₃ iudicib⁹ iustic. ⁊ officijs ecclesiasticis vel secularib⁹ ordi⸗
narijs aut extraordinarijs delegatis sub delegatis ⁊ ꝯmissarijs aut alijs ꝑso
nis qbuscūq₃ officio quocūq₃ vel dignitate fungen̄. Dans ⁊ ꝯcedēs p̄fat⁹ ꝯsti
tuens dictis ꝓcuratorib⁹ suis ⁊ cuilibet eoꝝ ī solidū plenā ⁊ liberā ptātē ⁊ tā
speciale ꝙ generale mādatū pro dicto ꝯstituen̄. ⁊ ei⁹ noīe vt p̄missū₃ est cōpa⸗
rēdi agēdi ⁊ defendendi libellū seu libellos ⁊ alias q̄scūq₃ petitiones suppli
catiōes requestas seu demādas v̄balēs aut in scriptis dādi offerēdi exhibēdi
aut ꝓducēdi dariq₃ ⁊ offerri ex aduerso petēdi ⁊ vidēdi ⁊ eis respōdendi et
suis respōderi petēdi litē seu lites cōtestādi de calūnia ⁊ veritate dicenda in
aīam ipsius ꝯstituētis iurādi ⁊ aliud quodlibet licitū iuramētū prestādi ⁊ sub
eundi petēdi ꝓponēdi ⁊ articulādi poniq₃ ⁊ articulari ex aduerso petēdi ⁊ vi
tādi positiōib⁹ articulis partis aduerse r̄ndendi ⁊ suis responderi petendi ac
aduersandi ⁊ aduersari petēdi medio iuramēto vel alias testes instrumentū₃
litteras processus ac munimēta alia q₃ ⁊ probationū genera ꝓducēdi ⁊ admit
ti petēdi ꝓductisq₃ seu ꝓducēdis p partem aduersam ꝯtradicēdi ⁊ obijcēdi
testes alterius ptis iurare vidēdi ꝯtra ipsas ⁊ eorum dicta dicendi ⁊ obijcien
di crimina ⁊ effect⁹ opponēdi de iure et de facto allegādi replicādi duplican
di et triplicandi protestandi foꝝ declinādi ⁊ remitti petēdi: iudicē vel iudices
notariū seu notarios cōmissarium aut cōmissarios quoscunq₃ eligēdi ⁊ impe
trandi et eū₃ vel eos si necesse fuerit recusandi terminos dilatiōē ac copiā ꝓ⸗
ductoꝝ ⁊ actoꝝ ac expēsas cum debita īstātia petēdi et recipiēdi. Exceptiōes
quascūq₃ tā dilatorias ꝙ peremptorias ꝓponēdi et allegādi. In eā seu causis
ꝯcludēdi ⁊ renūctādi ꝯcludēdiq₃ renūciari ex aduerso vidēdi et aperiēdi. Sē
tentiā et sn̄ias tā inter locutorias quā₃ diffinitiuas ac alias ordinatiōes qua⸗
cūq₃ ferri petēdi variādi et audiēdi et ab ea seu ab eis ⁊ a quocūq₃ alio graua
mine sibi illato vel inferēdo ꝓuocando appellandi appellationem et appella⸗
tiones intimandi et earum causas prosequendi vsq₃ ad finem: apostolos ⁊ lit⸗
teras dimissorias ac expensas cum debita instātia petēdi et recipiēdi: litteras
quascūq₃ tam gratie quā iusticie impetrandi et obtinēdi easq₃ exequendi exe⸗
qui faciendi ac ex aduerso impetratis seu impetrandis contradicendi et obij⸗
ciendi. beneficium absolutionis simpliciter vel ad cautelam a quacūq₃ excom
municationis seu interdicti sn̄ia et restitutionis in integrum humiliter implo
randi petendi et obtinendi. Vnūq₃ vel plures ꝓcuratorem seu procuratores
loco sui substituendi et subrogādi: et eū vel eos si necesse fuerit reuocādi et ꝯ⸗
stituendi. Et denium generaliter omnia vniuersa et singula alia faciendi di⸗
cendi procurandi et exercendi que in premissis: et circa ea necessaria fuerint
seu etiā oportuna. Et que causarum et negociorum merita desiderant postu⸗
lant et requirunt. Etiam si talia forent que₃ mādatū exigerēt magis speciale:
et que ipsemet cōstituens facere dicere ꝓcurare et exercere posset si in p̄missis
⁊ quolibet eorundem presens personaliter interesset. Releuans prefatus cō⸗
stituens et releuatos esse volēs dictos suos ꝓcuratores ⁊ substitutos et substi

tuendos ab eis seu eoꝝ altero ⁊ quelibet eoꝝ ĩsolidũ ab omni onere satisdandi. Promisitq́ mihi notario publico ĩfrascripto vt et tanq̃ cõi ⁊ publice persone presenti stip. solẽniter ⁊ recipienti nomine vice et ad opus omniũ et singulorũ quoꝝ interest intererit aut interesse potest seu poterit quomodolibet in futurum se ratũ gratum et firmũ ꝑpetuo habiturum omne id totum et quicquid p dictos procuratores suos substituendum ⁊ substituendos ab eis seu eorum altero et quelibet eoꝝ insolidum actum dictum gestũ vel fuerit in p̄missis noie dicti ꝯstituẽn. seu alias quomodolibet procuratum ac si per eundē ꝯstituēn. vel cum ipso p̄ntia℞ foret actum iudicioq́ sisti ⁊ iudicatum solui cum suis clausulis vniuersis. Inde se cõstituēdo fideiussorē ⁊ principalē debitorē ⁊ pacatorē pro dictis suis ꝓcuratoribus et ab ipsis seu eoꝝ altero substituēdos ⁊ substituēdis et eoꝝ quolibet insolidū penes me notariũ publicum ĩfrascriptum vt supra stip. ⁊ recipientē sub expressa ⁊ efficaci ypotheca ⁊ obligatiōe oīum bonoꝝ suorũ mobilium ⁊ imobiliũ presentiũ ⁊ futuroꝝ. Cũ hac sub omni ⁊ qualibꝫ iuris ⁊ facti renunciatiōe ad hec necessaria pariter ⁊ cautela. De qb⁹ oībus ⁊ singulis supradictis prefatus andreas ꝯstituēs petijt sibi ⁊ dictis suis procuratoribus fieri atq́ tradi publicū instrumētum seu publica instrumenta vnum vel plura per me notarium publicum infrascriptum. Acta fuerunt hec.

¶ Forma instrumenti procure ad diuersa negocia siue ad diuersos actus.

In dei nomine Amen. Anno ⁊c. Nouerint ⁊c. q̃ in presentia mei notarij publici ⁊ testium infrascriptoꝝ existētes ⁊ ꝑsonaliter ꝯstituti nobilis Johannes de sancto baudilio ⁊ tosquia de burgo cõiuges ambo simul ⁊ eorũ quilibet tam cõiunctim q̃ diuisim: scilꝫ dicta nobilis tosqna maior vt asseruit decẽ ⁊ octo: minor vero. xxv. ãnis ⁊ cũ voluntate licētia ⁊ auctoritate dicti nobilis Johã. viri sui p̄ntis. Et ita verũ esse cõfitentis renũcians certiorata debite p me notariũ publicũ ĩfrascriptũ minoris etatis ⁊ integrũ restitutionis bñficio. Tenore huius veri ⁊ publici istrumenti mãdato ipsorũ ꝯiugum pfecti firmiter valituri omniq́ eo modo meliori et forma quibus de iure poterunt. reuocando primitus ⁊ ante omnia ac distruēdo quoscunq́ procuratores per eos seu alterum ipsoꝝ ad quosuis actus hactenus constitutos ⁊ ordinatos fecerunt ꝯstituerunt ⁊ solēniter ordinauerunt suos ⁊ cuiuslibet eorũdem veros certos legitimos ⁊ idubitatos procuratores actores factores ⁊ negociorũ gestores speciales ⁊ generales: ita tamē q̃ speciales generalitati non deroget nec ecõtra: videlꝫ nobiles viros raymũdũ de cõsaniciis ⁊ Johãnē de saluanbargues ⁊ eorũ quẽlibet ĩsolidũ: ita q̃ inter eos ⁊c. scꝫ specialiter ⁊ expresse ad petēdũ exigendũ leuandũ recipiendũ ⁊ recuperãdũ pro dicti constituen. ⁊ eorũ ac cuiuslibet ipsorum noibus oia vniuersa ⁊ singula debita credita nomine res ⁊ iura censusq́ redditus ⁊ vsaticoꝝ ãnuorũ arreragia p quasuis psonas ⁊ quibuscũq́ de causis sibi debeantur. ⁊ de hisque recipient psonas soluēt ⁊ alias quarũ interest: bonaq́ sua quittãdũ liberandũ ⁊ absoluēdũ cũ pacto de vlterius nõ petēdo: ⁊ cõpromittendũ trãsigēdũ cõueniēdũ ⁊ cõcordãdum cum quibuscunq́ psonis de ⁊ super quibusuis debatis questionibus litib⁹ controuersijs ⁊ demandis tam motis q̃ mouendis ipsaq́ cõpromissa transactiones ⁊ cõuentiões sub pẽa ⁊ obligatione bonorum dictoꝝ constituen. iuramento ⁊ alijs clausulis ꝓuciẽ. ⁊ opor

tuis firmādū ꝛ roborandū. Et ad laudandū quascūqꝫ vēditiones et alieatio nes rerū empbiteoticaꝝ que ab eisdē ꝯstituēn. et coꝝ altero tenētur et nonos empbiteoticas de eisdē reb⁹ inuestiē. laudimiaqꝫ pro premissis debita et recipiē dū: et soluentes qttandū: et ad acceptandū seu ad nonū accapitū dādū et cō cedendū quascūqꝫ res empbiteoticas vacātes que ab eisdē constituē. seu alte ro ipsorū tenentur. cum ꝛ sub antiquis censibus ꝛ sine diminutiōe eorundem. Quascunqꝫ res venditas ad manus ipsorum constituē. iur prelationis ꝛ auā tagij ac iure commissi si et vbi expedierit et oportunum fuerit retinendum et recipiendum. Recognitiones quarūcunqꝫ rerum empbiteoticaꝝ a quibus cunqꝫ personis recipiendum et acceptādum. Item ad vendendum alienādus locandum et arrendandus: oēs: ꝛ singulas possessiones domos predia census redit⁹ vsatica ac bona alia quecūqꝫ dictorum constituē. et alterius eorundem personis ꝛ pro precijs quib⁹ dictis suis procuratoribus placuerit et videbit expedire preciaqꝫ bmōi venditionū locationū et arrendamentoꝝ recipiēdum soluendū et qtandū. Itē ad recognitionē qbuscunqꝫ dominis baronibus no bilib⁹ et alijs quibuscūqꝫ noīe ipoꝝ ꝯstituē. et cuiuslibet eorūdē oīa et singula feuda retrofeuda iurisdictiōes census redditus seruitia vsatica que ipsi nobi les coniuges constituē. ꝛ eorum quilibet bn̄t tenēt et possident suiqꝫ predeces sores quibus cām babent bactenus babuerunt tenuerūt et possiderūt. Et pro premissis bomagia ꝛ fidelitatis sacramentū prefatis dn̄is prout ad quēlibet coꝝ pertineant faciendū et prestandū mō et forma qb⁹ sui antecessores a qb⁹ cām babent prefatis dominis et eoꝝ pdecessorib⁹ bactenus ꝛ ab antiquo fe cerunt ac prout in antiquis instrumentis recognitionū continetur et non ali as nec alio mō. Et ad recipiendū et acceptandū noīe ipsoꝝ ꝯstituen. et alteri⁹ eorūdē a quibuscūqꝫ psonis recognitiones bomagia et fidelitatis sacramēta pro quibuscūqꝫ feudis et rebus alijs que et quas ab eisdē cōiugibus tenēt mō et forma ac prout pdecessores dictarū personarū pdecessoribus ipsorus con stituen. olim fecerūt ꝛ facere ꝯsueuerūt et nō alias. Promitten. prefati ꝯiuges ꝯstituen. mibi notario publico infrascripto vt et tāꝗ cōi et publice psone pn̄ti stip. solēniter et recipiē. nomine vice et ad opus oīm et singuloꝝ quorū iterest intererit. aut iteresse pt seu poterit quōlibet i futurū. se ratū gratū et firmus perpetuo babitores omne id totū et quicquid p dictos ꝓcuratores suos ꝛ eo rum quemlibet insolidū in ꝛ super premissis noīe dictorum constituen. et alte rius eorūdē actum dictum gestum vt fuerit seu al's quōdolibet procuratū ac si p ipsos ꝯstituen. vel cū eis psentialiter ess₃ actū. Sub ypotbeca et obligatio ne omniū bonoꝝ suorū et cuiuslibet ipsoꝝ mobiliū et imobilium presentius et futuroꝝ. Cū ac sub omni et qualibet iuris et facti renunciatione ad bec neces saria pariter et cautela. De qbus omnibus et singulis supradictis pfati nobi les Iobānes et tosquina ꝯstituē. petierunt sibi et dictis suis procuratoribus fieri atqꝫ tradi publicū instrumentū seu publica instrumēta vnus vel plura p me notariū publicum infrascriptū. Acta fuerunt bec ꝛc.

¶ Forma istrumēti ꝓcurre ad resignādū ac pmutandū bn̄ficiū ecclesiasticū.

IN dei noīe Amē. Anno ꝛc. Nouerint ꝛc. Quod vene rabilis vir dominus nicola⁹ de castro presbyter prior siue rector vel ca nonicus talis ecclesie. Tenore ꝛc. fecit constituit et solemniter ordinauit suus

veꝝ certum et indubitatū ꝓcuratoꝛe ⁊c. vꝫ dominū antoniū de cure pſbȳ tēꝑ ſpecia.iter et expſſe ad reſignandū permutādū et trāſferēdum pro ipſo ꝯſti tuen. et eius noīe dictum ſuum bñficium ſiue canonicatum et prebendā quos ꝯſtituēs de pñti obtinet et poſſidet in tali eccleſia cauſa permutatiōis fiēde: et nō alias. vel in fauoꝛem talis ī manibus reuerēdi ī xp̄o pr̄is dñi. G. miſera tione diuina epi nemauſen. ſeu ei⁹ vicarij aut cuiuſcunq alterius ad hoc pote ſtatē habēti cū tali bñficio ſiue ꝓcuratu vl̄ cū canonicatu ⁊ p̄bēda quos talis noſcit obtinere in tali eccl̄ia: et ad iurādū in animā ipſius ꝯſtituen. ad ſcā dei euāgelia: ꝙ in hmōi ꝑmutatiōe fraus ſymonia ſiue dolus aut aliqua alia illici ta pacta nullatenus interuenien. necnō ad petēdum et requirendum illū vel illos ad quē ſeu quos ptinet ſeu ptinere pōt de iure collato ſeu prouiſo dictoꝝ bñficij canonicatus ⁊ p̄bēde quos dictus dñs talis obtinet quatenus de ipſis beneficio canonicatu ⁊ prebēda dum vacabūt per reſignationē fiendā per di ctū dūm talem de ipſis ex cauſa ꝑmutationis p̄dicte eidē ꝓcuratori ſuo ꝓui deāt cū omnib⁹ eoꝝ iurib⁹ ⁊ pertinen. vniuerſis. Et ad petendū ⁊ requirendū ꝙ ipſum ꝯſtituen. vt eius procuratorem ꝓ ipſo ⁊ eius nomine inducant ſeu induci faciāt in corporalē poſſeſſionem ipſoꝝ beneficij canonicatus ⁊ preben de cū oībus iurib⁹ ⁊ pertinen. ſuis vniuerſis. Stallū ī choro ⁊ locū in capl'o plenitudine iuris ſibi ꝯſtituen. vel dicto ꝓcuratori ſeu aſſignādo dictāq poſ ſeſſionē realem ⁊ corporalē ipſoꝝ beneficij canonicatus ⁊ prebēde eius nomi ne recipiēdō. ⁊ tenendō. ⁊ de obſeruādo ſtatuta ſiue conſuetudinis dicte eccl'ie iuram. tū ſolitū ⁊ debitū in animā ipſi⁹ ꝯſtitnē. iurandō. ⁊ p̄ſtādū ⁊ ad facien dum de fructibus redditibus prouen. ac omnib⁹ emolumentis ipſorū benefi cij canonicatus ⁊ prebēde ſibi dcō ꝯſtituen. vel eius ꝓcuratori ꝓ eo integre rñderi: necnō ad petēdum exigendū laudandū recipiendū ⁊ recuperādū p̄di ctos fruct⁹ reddit⁹ ꝓuent⁹ ⁊ emolumēta q̄cunq dictoꝝ bñficij canonicat⁹ ⁊ p̄bende ⁊ ad eos quoquō ptinē. ⁊ de receptis ⁊ leuatis ⁊c. vt ſup. ⁊ nihilomin⁹ dcōs fruct⁹ redditus et prouentus ipſorum bñficij canonicatus ⁊ prebende vendēdū arrēdādum aſſencēdum ac ad firmā ſeu ānuā pēſionē tradendum ad tp̄s ſeu tpa et preciū ſua precia ac pſonis quos ſeu qb⁹ dcō ſuo procurato ri viſum fuerit faciēdū et ſup hmōi arrēdamētis vēditionis ſeu ad firmaꝫ et ānuā pēſionē traditiōibus inſtra ⁊ lr̄as arrendationū ⁊ ad p̄dicta neceſſaria ⁊ oportuna ꝓcedēdum. ⁊ ſibi noīe ipſius ꝯſtituen. ꝓcedendū. ⁊ fieri petendū ⁊ inſuper pro p̄miſſis oībus ⁊ ſingulis ⁊ quolibꝫ p̄miſſoꝝ eoꝝ occaſione ſi ne ceſſe fuerit agēdū ⁊ defendēdū libellum ſeu libellos et q̄ſcūq petitiones ſum marias dādū ⁊ recipiē. ⁊ p ptē aduerſam dari et reci. vidēdū ⁊c. in forma.

¶ Alia forma ad reſignādum ſine permu.

In dei nomine Amen. Anno ⁊c. Nouerint ⁊c. ꝙ dñs talis pbr capellan⁹ cuiuſdā capellanie olim fundate ⁊ deſeruiri ordīate in tali eccl'ia p talē ⁊c. Tēoſ ⁊c. fecit ꝯſtituit ⁊ ſolēniter ordīauit ſuū veꝝ certū le gitimā et īdubitatū ꝓcuratorē ⁊c. videlꝫ dñs talē pbꝫ ſpālit expſſe ad reſignā dū ſpōte et libe ī māib⁹ reuerē. ī xp̄o pr̄is ⁊ dñi dñi epi nemauſen. vl' alterius cuiuſcūq ſup h ptātē habē. dcāꝫ ſuā capellaniā cū oīb⁹ iurib⁹ ⁊ ptinē. eiuſdē: ⁊ hoc ī fauorē talis. ad regrēdum ⁊ ſupplicandū p̄fato dño ep̄o quaten⁹ p̄di ctam capellaniam cū oībus ſuis iuribus ⁊ ptinē. dū vacabit p p̄dictam reſi-

grationez vt pmittit fiendā dicto dn̄o tali pferre ipmq3 i eadē istituere digne tur. Et ad iurādum i aiam ipsi9 pstitueñ. q i bmōi designatiōe nō iterueñit fra us dolus symone labes aut queuis illicita pactio: et ad dicēdu3 faciendum et procurandum cetera oia et singula q̄ in pmissis et circa ea fuerit necessaria ꝛ oportuna. Et q̄ ipsemet pstitués facer dicere et exercere posset si in pmissis et quolibet eorūdē pn̄s psonaliter interesset. pmittēs mihi notario ꝛc. se actum gratum et firmu3 ppetuo habitu⁊ omne et quicquid p dictu3 suū pcuratorē in premissis fuerit actum sub obligatione ꝛc. De quibus ꝛc.

¶ Alia forma ad petendum ꝛ obtinendum absolutionis beneficium a sententia excōmunicationis.

IN dei nomine Amē. Anno ꝛc. Nouerit ꝛc. q martinus de ponte fecit constituit suū pcuratorē ꝛc. talē specialiter et expressē ad petendū ꝛ humiliter iplorandum ꝛ obtinēdum p dicto con stitueñ. ꝛ eius nomine a domino officiali nemauseñ. absolutionis beneficiu3 a quadam sn̄ia excōicatiōis in ipm cōstitueñ. dudum lata ꝛ fulminata per dn̄m dn̄m officialē seu eius locumteñ. ad instañ. andree philippi ex tali cā ꝛc. Et ad prestādum sup his si necesse fuerit cautiōnem personalē aut iuratoriā de parēdo iuri ꝛ stādo ꝛ obediēdo mādatis scē mr̄is ecclesie atq3 ipsi9 dn̄i officialis locūteneñ. Necnō ad appellādū si absolutō pdicta sibi denegetur appellatio neq3 siue appellationes hmōi intimā. ꝛ psequē. ad oia ꝛ singula alia faciēdu3 ꝛc. pmittēs habere ratum ꝛc. sub obligatione ꝛc. De quibus ꝛc.

¶ Alia forma ad intimādā appellationē iterpositam corā autentica psona.

IN dei nomine amē. Anno ꝛc. Nouerit ꝛc. q martinus de pōte fecit ꝛ pstituit suū pcuratorē ꝛc. Andreā philippi ꝛc. specialiter ꝛ expsse ad intimandū pn̄tandū denūciandū ꝛ notificādum noie ipsius pstitueñ. ꝛ p ipso venerabili viro dn̄o officiali nemanseñ. seu eius locūtē. ꝛ oib9 ꝛ singulis alijs quo⁊ iterest ꝛ eidē procuratori videbit expedire quādam appellationem per ipsum pstitueñ. nuper interpositā corā dn̄o iudicē curie epal alesti tāq̄ā corā autētica psona p ɔ dn̄m dn̄m officialem seu ab eodē sup tali grauamine ꝛc. ꝛ ab eodē dn̄o officiali seu eius locūteneñ. apl'os seu lr̄as dimissorias ac r̄nsionē suā sup dicta appellatiōe cū debita instātia petenō. audienō. ꝛ recipienō. ꝛ ad ostēdendū ꝛ exhibēdum pfato dn̄o officiali seu eius locūteñ. si videf voluerit de dicta appellatiōe publicū instr̄m ac et ipsius appellatiōis copiā exhibēdū ꝛ offerēdū ꝛ ad petēdū de ꝛ sup his fieri publicū instr̄m ꝛc. Et generaliter ad oia ꝛ singula alia faciēdū et De quibus ꝛc.

¶ Forma pcuratorij siue actorie facte per tutorem vel curatorem.

IN dei nomie Amen. Anno ꝛc. Nouerit ꝛc. q andreas philippi tutor libero⁊ martini de pōte quoddam put de hmōi tutele datione cōstat istr̄o publico p talē notariū in notā sumpto veniēs ꝛ existēs ac psonalit pstitut9 corā dn̄o vicario comitali alesti dixit ꝛ corā dcō dn̄o vicario proposuit q ipse tutor occupat9 plurib9 negocijs tā suis pprijs q̄ dictorū pupil. ꝛ pp locor̄ distātiā negocijs ꝛ cāis eorūde pupillo⁊ pmode vacare ꝛ itēdere n̄ valz. ea pp i pn̄tia pfati dn̄i vicarij dict9 tutor piculo ꝛ fortuna suis ac rer9 ꝛ bonor̄ suorū eo⁊ quo meli9 potuit ꝛ debuit tēore hui9 veri ꝛ publici istrumēti mandato suo pfecti firmiter valituri ac in pn̄tia mei notarij publici

⁊ testium infrascriptorum fecit cõstituit ⁊ solẽniter ordinauit nos ⁊ dictorum pupillorũ veros certos legitimos ⁊ indubitatos procuratores actores facto res ⁊ dictorum pupil. ac bono. ⁊ neg. suorum ge. spã. ⁊ gñr. ita tñ q specialitas gñalita ti nõ derogetnec ecõtra: vz talẽ ⁊ tales ⁊c. ⁊ eorum quẽlibet insolidũ ita q inter eos ⁊c. scz ad petẽdũ exigẽdũ recipiendũ ⁊ recuperandũ pro ⁊ noie ipsius tuto ris et dictorũ pupillorũ oia ⁊ q̃cunq debita noia et creditores bona atq iu ra q̃cũq et vbicũq sint et per quascunq personas debeãtur seu detineãtur. Et de his q̃ recipiet psonas quarum interierit qttandum liberãdum ⁊ absoluen dũ cũ pacto de vlteri⁹ nõ petẽdo. Necnõ ad cõparendũ agẽdũq ⁊ defen dendum pro dicto tutore cõstituen. ⁊ liberis pupillis p̃dictis in oib⁹ ⁊ singulis eorũ casus ⁊c. in forma. Et dict⁹ dñs vicari⁹ sedẽs pro tribunali more maiorũ suorum in pretorio dicte sue curie ad iura reddẽdum huic p̃nti actore et oibus et singulis supradictis q̃tenus de iure procedunt ⁊ sunt vtilia dictis pupillis ad requisitionẽ p̃fati tutoris auctoritatẽ suã ⁊ dicte sue curie iudiciariã iterposuit piter et decretũ. Et ibidẽ existẽtes dicti actores vn⁹ hmõi actorie in se gratis suscipientes et acceptan. promiserunt et ad scã dei euãgelia ad mãdatũ ⁊ i ma nibus p̃fati dñi vicarij suis dextris manib⁹ corpaliter gratis tacta iurauerũt sub ypoteca et obligatiõe oium bonorũ suorum p̃ntiũ ⁊ futurorum q in dicto actorie officio fidelr ⁊ legalr se hẽbũt ⁊ gerẽt ad cõmodũ et vtilitatẽ dictorum pupil lorum et bonorũ suorũ vtilia eorũdẽ procurando: ⁊ inutilia ac damnosa totis suis viribus euitando ⁊ pretermittendo cuz ac sub oi ⁊ qualibet iuris ⁊ facti renunciatione ad hec necessaria pariter ⁊ cautela. De qb⁹ ⁊c. Acta hec ⁊c. Et nota q similẽ actoriam p̃nt ⁊ debent facere curatores mutatis mutandis ⁊c.

¶ Forma procure pro curia parlament.

esse qui non est habilis vel qui non potest cum honestate dēmōstrari: vt iura di
cunt. Tertio modo dicitur spurius qui natus ē ex seruo ⁊ libera. Alij dicunt
incestuosi nepharij ⁊ adulterini. vnde incestuosius proprie secundum ius ciui
le est natus ex linea transuersali gradu prohibito. Nam incestus dicitur in-
ter tales coniunctos perpetrari: licet alie numerentur persone. Nepharij di-
cuntur qui nati sunt ex linea descēdente vel ascēdente: nam tales amplexus
dicuntur nepharij. Adulterini dicuntur qui de adulterio nascuntur: scilicet ex
muliere coniugata ⁊ ex alieno viro coniugato vel non coniugato. aliquotiēs
autem isti tres vltimi appellantur damnati: aliquando spurij. in iure vero ca-
nonico vocantur manzeres nothi ⁊ spurij. vnde isti filij a successione repellun
tur paterna ⁊ materna ⁊ non solum isti sed omnes qui nascuntur ex nuptijs
prohibitis: ⁊ iam si parentes vellent. nam talibus etiam inter viuos pater do
nare non potest: nec sunt alendi nec pro filijs habendi secundum ius ciuile. re
pelluntur etiam ab honoribus: cum omni beneficio legis careant. Item est no-
tandum ꝙ heredum alij sunt sui ⁊ necessarij tantum: ⁊ alij extranei. Sui ⁊ ne
cessarij heredes sunt illi qui sunt in potestate testatoris tempore mortis sue.
Necessarij tantum sunt serui a domino instituti. ⁊ appellantur necessarij: quia
siue velint siue nolint omnino post mortem testatoris protinus liberi ⁊ necessa
rij heredes efficiuntur. Extranei vero heredes sunt qui neqꝫ in potestate testa
toris sunt neqꝫ serui sunt. Nunc autem sciendum est ꝙ autem testator habet
filios legitimos ⁊ naturales ⁊ tenetur eis relinquere dimidiam vel tertiam
partem bonorum suorum secundum numerum liberorum: vt si sint quinque
vel vltra dimidiam. si vero quattuor aut infra tertiam partem ⁊ in hoc eos
grauare vel dictam bonorum portionum diminuere non potest. pinguiorem
autem si velit facere potest. Si vero non habet liberos naturales ⁊ legitimos
nepotes: aut ex filio vel filia premortuis habeat: eadem obseruare debet que
in legitimis ⁊ naturalibus filijs dicta sunt. Si autem non habeat testator
neqꝫ filios naturales legitimos neqꝫ nepotes: sed habeat legitimos tantum
in sua potestate tenetur eos instituere in dimidia vel tertia parte bonorum se-
cundum eorum numerum sicut de alijs supradictum est. Item si habeat natu
rales tantum tenetur eos instituere saltim in vna vncia sue hereditatis: hoc ē
in duodecima parte ⁊ in plus si velit. alios autem filios ex damnato coitu sci
licet nephario seu incestuoso vel adulterio natos et spurios non tenetur testa-
tor in aliquo īstituere vel eis legare etiam si nullos alios habeat liberos. Spu

rij tamen possunt matri succedere nisi sit illustris. Item si testator nullos ha
at liberos neq̃ nepotes aut alios descendeñ. autem habeat tenetur eos in-
stituere sicut ⁊ filijs naturalibus ⁊ legitimis dictum est. salua tamen gradus
prerogatiua. Et vt breuiter me expediaʒ omnes illos tenetur testator i aliquo
instituere seu legata iure institutionis eis facere qui sibi ab intestato succedeꝛ
possent ⁊ deberẽt: vt sunt ascẽdeñ. ⁊ descendeñ. ⁊ similiter fratres vbi turpis
ꝑsona esset instituta. Item est notandum quod si testator habeat vxorem pre-
gnantẽ tempore sui conditi testamenti tenetur posthumo vẽtris sue vxoris ali
quid ꝺ bonis suis iure institutionis legare vł si alios liberos naturales ⁊ le-
gitimos non habeat tenetur eum instituere saltẽ in tertia parte bonorum suo-
rum. Dicitur autẽ posthumus qui nascitur post mortẽ patris. Inde enim dici
tur posthumus: quia postquam pater ẽ humatus nascitur / Si autẽ ꝑterit᷒ sit
posthumus a toto testamẽto ⁊ mortuo patre vel ad huc viuẽte natus sit viu᷒
emissa voce vel non emissa: dum tamẽ constet eum viuum natum vel ex secto
vẽtre editum integrum: cũ spiritu tamẽ ad nullum declinantẽ in natura. mon
strum vel prodigum rumpet testamentum paternum ⁊ idem de auo paterno
mortuo filio patre posthumi: q2 si pretereatur posthumus rumpet aui testamẽ
tum Auteʒ in legato facto illi quẽ oportet institui debeãt apponi hec verba iu
re institutionis: quidam dicunt ꝙ non q2 subintelliguntur in verbo lego: quod
inducit institutionẽ secundum eos. alij dicunt contra de iuꝛ ciuili. ſʒ de equi-
tate canonica valebit testamẽtum: lʒ illa verba non apponantur tutius tamẽ
ẽ ꝙ apponantur ad omnẽ dubietatẽ tollẽdam. Itẽ cum superius dictuʒ sit ꝙ
testator tenetur suos liberos ⁊ nepotes ex filio vel filia premortuis instituere
supple vł exhrẽdaꝛ. Nam certi casus sunt in quibus põt pater vł mater au᷒ vł
auia liberos vł nepotes suos exhrẽdaꝛ ⁊ sunt quattuordecim Primus ẽ si fili᷒
vel nepos manus ingesserit in parẽtes vt eos offenderet. Secundus si gran-
de iniuriam ⁊ contumeliam fecerit. Tertius si parẽtes de criminalibus cau-
sis accusauerit nisi eos accusasset de crimine lese maiestatis vel de offensa in
rempublicam facta. Quartus si filius maleficus cum maleficio ꝟsetur. Quĩ
tus si filius machinatur vel insidiatur in necesse patris. Sextus si filius ca-
lumniose litẽ mouerit patri in qua lite pater grandia damna substinuerit. Se
ptimus si filius rogatus a patre incarcerata ob debitum vt pro eo fideiubeat
fideiubeꝛ noluerit ⁊ hec ingratitudo in masculis solum filijs locum habet.
Octauus si filius prohibuerit patrẽ testari. Nonus si filius ioculator ẽ cõtra
voluntatẽ patris: nisi pater candẽ possessionẽ habuerit. Decimus si filia non
consenserit patri volẽti eam honeste nubeꝛ ⁊ dotẽ constitueꝛ secundum patri
monij vires ſʒ potius vult ipsa filia luxuriari: quia tunc tanq̃ flagitiose ⁊ tur
pis vite exhrẽdari potest. Vndecimus si filius nouerce sue aut cõcubine patris
se immiscuerit. Duodecimus si filius patrẽ furiosum neglexerit in quo quideʒ
casu etiam licet nõ fuerit a parte exhrẽdatus ipso tamẽ iure exhrẽdatus ẽ. Tre
decimus si filius patrem a sarracenis captum redimere noluerit: in quo casu
si pater illa captiuitate moriatur hrẽditas spectat ad ecclesiam ⁊ hoc credo vẽ
rum si nullos alios hẽat pr liberos. si eni alios hẽret ⁊ essent ipuberes seu in
fantes q ingratitudinem cõmittere non possent non foret rõabile ꝙ propter
ingratitudinẽ alterius ipsi iuri suo priuarẽtur. Quartusdecim᷒ si pater sit ca
tholicus ⁊ fili᷒ hereticus. Cause aũt ex qbus filij vel nepotes pñt suos parẽ

tes exheredare sunt septe3. Prima est si pater filium de crimine accusauit ex-
cepto q̄ de crimine lese maiestatis. Secunda si pr̄ vite filij insidiatus fuerit p
venenu3 vel alio modo. Tertia si pater vxori vel concubine filij se immiscuerit.
Quarta si pater ꝓhibuerit filium testari de his in quib᷒ testari poterat. Quin
ta si pr̄ non egit curā filij furiosi faciēdo eum mederi vel aliter subueniendo si
bi. Sexta si pr̄ filiū a sarracenis captū nō redemerit qꝛ tūc si fili᷒ in saraceno
rum captiuitate moriatur bona sua de quibus testari poterat d3 ecclesie ap-
plicari vel dari pro redemptione captiuorum. Septima si pater est hereticus
ꝛ filius orthodoxus. Item nota quod dum superius nominaui patrem hoc
idem intellige de matre vel auo vel auia suis locis. Et similiter cum filium no
minaui intellige idē de filia nepote vel nepte. Item est notandu3 ꝙ hmōi exhe
redatio fieri d3 nominatim ꝛ expꝛssim nominando illū in testamēto quem vult
testator exheredare ꝛ debet exheredationis causa in testamēto inseri ꝛ specifi-
cari alias nō teneret exheredatio: q̄ causam heres postea probare tenebitur:
alias nihil impedimento erit filio exheredatio: quin de inofficioso agere possit
Item debet fieri exheredatio a tota hereditate non a quota siue parte here-
ditatis vel bonorum. Item est notandum quod predictas causas ingratitu-
dinis liberi non possunt cōmittere donec sint doli capaces seu ꝓximi puber-
tati. sed postea possunt excepta vndecima causa preteritionis vel exhereda-
tionis: que cum sit ex dilecto carnis nō cadit in impuberem licet sit doli capa
cem. Testator autem exheredando filium vel filiam nepotem: vel neptem ex fi-
lio premortuo dicet ita. talem filium meum eo ꝙ me attrociter verberauit vel
tale delictum erga me cōmisit exheredo vel ab hereditate mea alienum ꝛ ex
pertem esse volo. Sed quid de monachis ꝛ canonicis regularibus ꝛ fratri-
bus minoribus ꝛ alijs mendicātibus ac sanctimonialibus aut habeant in nu
mero liberoꝝ quo ad succedēdū ꝛ quo ad legittimā: ita ꝙ necesse habeat parē
tes coꝝ eos instituere in aliquo seu legata iure institutionis ꝛ iure heredita-
rio eis facere sicut ceteris liberis vł exheredare. an preterire possint a paren
tibus sine metu inofficiosi ꝛ caducti testamenti. Ad hoc dicat quod monachi
albi ꝛ nigri ꝛ canonici regulares. et sanctimoniales qui l3 renunciauerint se-
culo nō tn̄ taliter renunciauerunt qui saltem possint hēre bōa in cōi habētur
i numero liberoꝝ quātū ad succedēdū ꝛ quantum ad legittimā: ꝛ sic per cōse
quens debent eis parentes ipsorum in suis testamentis legata iure institutio
nis facere saltem quinq3 solidorum turoñ. alias si preteriantur possent testa-
mentū querere tanquā inofficiosum. De fratribus vero minoribus ꝛ alijs mē
dicantibus qui renunciauerunt seculo taliter: ꝙ ex sua professione ꝛ ex suo vo
to ipsi non debent habere bōa in ꝓprio nec in cōmuni: ꝛ presertim fratres mi
nores qui ex hoc dicunt se esse in statu pfecto: dic quod quia habent pro mor-
tuis sicut deportati ꝛ damnati ad mortē: ꝛ qui amiserunt ciuitatē ꝛ libertatē
ipsi non debēt haberi vel computari pro liberis in succedendo vel in legittima
petenda: alias professio eorum ꝛ eorum desiderium inter se discreparent: ꝛ ita
parentes eorum non tenentur eos instituere in aliquo. Attamen quia tales re
ligiosi non possunt viuere de vento sine alimentis nec sunt mortui quo ad
comedendum nec quo ad quedam alia si legetur eis aliquid in causa3 alimē
torum ipsi poterunt illud habere ꝛ petere non iure actionis sed per officium
iudicis imploratum. Quicquid de his dictum sit superius ego ꝯsulerem ꝙ ta

les religiosi pro vitandis questionibus ꝛ controuersijs que si pretermittur sub oriri possent instituantur saltem in quinqꝫ solidis turon. ꝛ sic testamēta parētum ponentur in tuto. Item est notandum ꝙ si testator nō habeat filios legitimos ꝛ naturales vel legitios tm̄ neqꝫ nepotes ex filio vel filia ꝑmortuis habeat aūt bastardos filios ex concubina per testamentum eo ipso quod vocat eos filios non addendo naturales legitimantur quo ad successionem non autem quo ad plenam legitimationem cuꝫ ad hoc nō habeat pꝛ plenā potestatē.

¶ De legatis.

Quia vero testamentis multa legata fieri solēt. vidēdū ē primo quid sit legatum. deinde qs potest legare itē cui legari pōt. item que res legari possint. Ad primum dico quod legatuꝫ est donatio quedā a defuncto relicta. legare autem potest ille solus qui potest facere testamentum Ad tertiū dico quod ei soli potest legari qui potest heres institui. Ad quartū autem scilicet que res legari possint ꝛ que non Rn̄deo ꝙ habita doctrina de rebus que legari nō possunt statim sciemus qui possunt legari. Sciendum est igitur quod legari non potest in testamēto vel in codicillis res sacra vel scām vel religiosa: ꝛ generaliter ille res quarum commertium non habemus legari nō pn̄t. Itē legari nō possunt ea que rerū natura nō sunt nec esse sperātur: vt ypocētaurus chimera ꝛ siles. Res autem future bene legari possunt vt fructus ꝛ partus futuri ꝛ similes. Item res aliena legare non potest vbi testator credebat esse suam: ꝛ ignorabat esse alienam nec videlicet legatum. Si autem legata sit aliena res quam sciebat testator alienā esse valet legatū nō ꝙ dn̄iuꝫ illius rei trāseat ex tali legato in legatariuꝫ. Sed in hoc qꝛ heres tenebitur rē illā tenere: idest eius extimationē dare legatario. Sit igit̄ regula generalꝰ hec: ꝙ legari pn̄t eā que sunt ꝛ que futura sunt quoꝝ habemus comercinꝫ vt dcm̄ est sꝫ ea q̄ nec sunt nec fuerūt nec erūt legari nō pn̄t. Multa alia specialia circa materiam legatorum hic adduci possent. Sꝫ qꝛ ad notarios nō ptinēt illa ad pn̄s dimitto. Qui aūt i testamētis testes eē pn̄t: ꝛ q̄ nō videre oportet. Uñ sciēdū ē ꝙ oēs testes q̄ alias sunt testabiles: ꝛ qui tam in contractibus quam in iudicijs admittuntur possunt in testamentis adhiberi in testes. Excipiuntur aliqui q̄ sequuntur. primo mulier. item heres in testamento institutꝰ ꝛ q̄ i eiꝰ potestate sunt: ꝛ etiā illi q̄ vna cū hꝰ dcē̄s in potestate vnius sunt. Itē illi q̄ i potestate testatoris sunt testes in suo testamēto esse non possunt Legatarius vero secundum aliquos potest esse testis in testamēto i quo est sibi legatum. Alij contra quia in causa ꝓpria videret̄ testificari: eo qꝛ necessario seqtur valet testamentum ergo legatū. tutius tamen esse credo ꝙ nō adhibeat̄ in testeꝫ si alij ydonei inueniri possint. Itē fideicōmissarius vniuersalis siue substitutꝰ testis esse nō potest. ¶ Itē filius testatoris ꝛ alij quos hꝫ in potestate testes esse nō possunt. Item nec filius emancipatus quamuis in patris testatoris potestate non sit. ꝛ similiter pater in testamento sui filij emancipati vel non emancipati habeñ. castrēse vel quasi castrense peculiū testis esse non potest. Itē nota ꝙ domesticus potest esse testis in testamēto puta seruitor siue famulus dū tamē non sit sub ptāte testatoris vt supra dictū ē: ꝛ ꝙ alꝭ sit probꝰ honestus ꝛ testabilis. Item monachi ꝛ ceteri religiosi sicuti canonici regulares ꝛ mendicantes qui ad hoc libenter se ingerunt testes in testamentis esse nō possunt sine li

centia suo℞ superio℞: quia nec aliter in iudicijs in testes admittūtur: immo sc
canduz aliquos nec cū licentia superiorum in testamentis adhiberi possunt in
testes. vnde testes qui in testamētis adhibentur debent esse liberi: vt ciues ro
mani non serui. Et quia monachi ⁊ alij religiosi sub voto ⁊ obedientia suo℞
prelato℞ siue superio℞ constituti cōparantur seruis in aliquibus: ideo testes
in testamentis esse non possunt de iure ciuili sicut nec serui: lz forte sec⁹ sit de
iure canonico: quod ius valde clericis fauet. Multa ergo testamēta impugna
ri possent i quibus tales religiosi sunt testes scripti potissime sine licētia. Ser
uus autem si tempore conditi testamenti quando adhibeantur testis commu
ni opinioni reputabatur liber computabitur in numero testium ⁊ valet testa
mentum. Item est notandum ꝙ conditio testium attendenda ē tempore cōdi
ti testamenti ⁊ non mortis testatoris. verbi gratia si seruus vel excōmunicat⁹
fuerit adhibitus testis in testamento: ⁊ postea tempore mortis testatoris ser
uus sit manumissus ⁊ factus libertus: vel excommunicatus sit a sententia ex
cōmunicatiōis absolutus non valebit eorū testimonium: immo testamentum
erit nullum ob defectum debiti numeri testium. Item est notandum ꝙ testes q
adhibentur testamento debent esse rogati nō fortuiti. Sed quid si notarius
non scribat in instrumēto testamenti ꝙ fuerit rogatus: an rogatus presumātur?
quidam dicunt ꝙ non: quia rogare est solemnitas extrinseca que non presumi
tur. alij contra. Sed primum credo verius. quid si dicatur presentibus testi
bus vocatis ⁊ rogatis ⁊ non vocātur ad hoc an sufficiat? credo ꝙ sic. Sed
nisi notarius non scribat in instrumento se fuisse rogatum an rogatus presu
matur? quidam dicunt quod presumitur rogatus. alij contra quod credo ve
rius. Item est notandum ꝙ testes tempore conditi testamenti ⁊ dum per no
tarium legitur ⁊ recitatur debentes se in conspectu testatoris: nisi priuilegio
aliud sit concessum. vnde si testator staret retro cortinā ⁊ testes non viderent
eum nec ipse testes non valeret testamentum. Item est notandū quod duplex
est solemnitas in testamentis vna extrinseca que consistit in numero testium ⁊
in rogatu eorūdē ⁊ similibus. alia est intrinseca ⁊ hec consistit in debita testa
menti ordinatione veluti in faciendo legata eis quorum interest inheredādo
⁊ sic de alijs. Unde si in altera eorum fuerit defectus nullum est testamentuz
quo ad institutionem. Item est notandum ꝙ testamentum debet vno cōtextu
fieri absq₃ aliqua interruptione vel actus extranei interpositione vt per tactū
est nisi necessitas persone testatoris vel testiuz hoc requiret ⁊ idez seruari de
bet in cā mortis donatione: ⁊ similiter in codicillis: qꝛ hec est vna de solēnita
tibus que in vltimis voluntatibus requirunt. Caueant aūt notarij ne in suis in
strumētis que conficiunt ex testamentis ⁊ vltimis voluntatibus vel alijs con
tractibus omittant debitas solēnitates: qꝛ de facto tenētur. quod ē ve℞ qñ no
tarius expresse vel tacite scribit interuenisse solēnitatē que re vera nō interue
nit. secus si nec vere nec presumptiue attestatur de solēnitate: vt in solēnitate
extrinseca naz tunc non tenetur de falso. Quid si testator nō nominet ore ꝓ
prio ⁊ voce ꝓpria heredē. Sz notarius tantū recitando testamētū ipm̄ nomi
net: an valet? Dicunt qdam ꝙ sic. alij contra. tutius credo ꝙ testator met no
minet suū heredē. qꝛ ex h melius apparebit d e⁹ volūtate. Itē ē notādū ꝙ mu
lier potest esse executrix in testamēto saltem quo ad distributiones ⁊ executio
nem voluntatis ⁊ ordinationis testatoris: non autem quo ad iudicia. Re

ligiosi vero regulares non possunt sine licentia suorum superiorum eē execu- tores quamuis ad hoc libenter se ingerāt. Item est notandum circa illā clausulam codicillarē que in testamentis solet apponi videlicet. Et si non valeret iure testamenti ꝛc. qđ differentia est et multum refert an concipiatur per illa verba si nō valet que sunt verba presentis tēporis: an vero per illa verba ꝛ si non valeret que sunt preteriti imperfecti coniunctiui modi: ꝛ trahuntur ad futurum tempus. nam si testamentū rumpat postea natiuitate posthumi; pteriti illa clausula concepta per hec verba si non valeret faciet illud valere iure codicillorum: qđ non faceret si cōcepta esset per verba. si nō valet. que sunt tm̄ presentis tēporis ꝛ non possunt trahi seu extēdi ad futurū qđ bn̄ nota. Item qr in materia testamētoꝝ inueniuntur cōiter hec verba siue dictiones. s. in officiosum caducū irritū ruptū iniustū ꝛ infirmum: quorū significata ꝛ differentias iuuenes ꝛ simplices notarij cū sint termini iuris verisimiliter ignorare possent, ideo pro declaratione dictorum verborum sciendū est. quod testamētū dr in officiosum quando cōtra officium pietatis ē ꝓditum siue factum ꝛ enim officiū inter patrē ꝛ filiū dr pietas siue dilectio. iter patronū ꝛ liberti dicitur obsequium. iter deū ꝛ hominē dicitur religio. iter prelatum subditū dicitur obedientia. inter maiorem ꝛ minorem reuerentia. inter dominum ꝛ seruum seruitium. inter hominem ꝛ hominem stat in nomine generali: scilicet officium vt dicatur id quod homo debet homini ex natura. dicitur ergo testamentum in officiosum quod factū est non ex officio pietatis: vt cum qui in eo inueniretur exhēdatus vel preteritus ē quasi non sane mentis fuerint parētes que testamentum ordinauerunt vnde liberis sine causa pteritis vel exheredatis datur querela inofficiosi contra testamēta parētum in qua obtineāt reducitur testamentum ad causam intestati q̄tum ad institutiones ꝛ succedent liberi quasi ab itestato. Caducum autem dicitur testamē: tum quasi viribus cadens seu deficiens. ꝛ contingit quando testamentum ē ipso iure nullum vel ꝓpter defectum alicuius solennitatis. vel quia heres in eo institutus premoritur testatore vel desinit esse capax aut alias. Irritum etatem proprie dicitur quando in eo institutus heres efficitur icapax capitis diminutione vel alias. vnde irritum quasi non ratum ab ir quod ē non ꝛ ratus rata ratum. Ruptū vero dicitur testamentum quando natiuitate seu agnatione posthumi rumpitur seu annullatur. iniustum dicitur quasi non iure factum vt qr iuris solemnitates non sunt in eo adhibite: vel qr iam natus in eo preteritur. Nullū vero ꝛ infirmum sunt verba generalia seu communia ad omnia predicta. Excepto ꝙ in officiosum testamentum non ē ipso iure nullum. Sed tunc demū si proposita querela in officiosi heres de fecerit i probatione legitime cause ꝓteritionis vel exheredationis: ꝛ super hoc lata fuerit sentētia per iudicem cōpeten. Item de dictione intestabilis sciendum est ꝙ quis dicitur intestabilis vno de quattuor modis. Primo modo in significatiōe actiua pro eo qui testamentum propter aliqđ impedimētum facere nō potest: sicuti pupillus seruus ꝛ similes de quibus superius dictum est. Secundo modo in significatione passiua pro illo qui heres institui vel legatum sibi fieri non pōt: vt hereticus deportatus ꝛ similes: de quibus etiā supra dictū ē. Tertio modo pro illo qui testis in testamēto vel in iudicio aut in aliquo ꝯtractu esse non pōt: q sunt plures vt pꝫ p predicta. Quarto modo dicitur intestabilis illi cui testimoniū d

et non potest: vt hereticus ⁊ similes. Testabilis autem dicitur ꝑ oppositum ad ꝓdicta affirmatiue singula singulis reddendo. Et nota regulam ꝙ qui non habet testamenti factionem passiue. nomina enim verbalia possunt intelligi actiue ⁊ passiue: ⁊ vtroque modo proprie. Item de hac dictione inquam quã notarij sepissime apponunt in suis publicis instrumẽtis ⁊ scripturis multos interrogaui notarios etiam prouectos ⁊ exercitatos: que pars esse ⁊ quid significaret: ⁊ que nihil rñdere sciuerunt plures enim sunt notarij qui pluribus vtuntur dictionibus in suis instrumentis ⁊ scripturis publicis quarum significata prorsus ignorant quod dolenter refero. Ideo pro eruditione iuuenum ⁊ simplicium notariorum. Sciendum est ꝙ hec dictio inquã est defectiuum ⁊ significat idem quod dico dicis: ⁊ importat tp̃s pñs ⁊ tp̃s futurũ modi indicatiui: vt inquam .i. dico inq̃ .i. dicam. Item quia superius in diuersis locis nominantur bona profecticia: ⁊ bona aduẽticia ⁊ bona castrensia: ⁊ bona quasi castrẽsia et peculiũ. ideo iuuenũ eruditiõe nõ procedam per ignota. Sciẽdum ẽ ꝙ bona profecticia dicãtur illa q̃ proficiscũtur a pr̃e vel auo paterno sicuti dotes aliarum ⁊ donationes ⁊ filia bona vero aduenticia sunt illa q̃ proueniunt ab alijs veluti a matre auo materno auia paterna vel mr̃na patruis auunculis fr̃ibus sororibus ⁊ ab alijs extraneis. Sed bona castrẽsia dicũtur illa que filiusfamilias miles acqrit in armis iuste guerre ꝑ principẽ ꝯtra suos hostes indictũ nõ enim credo ꝙ ꝓdones ⁊ latrũculi nr̃i tẽporis possunt aut debeãt gaudere priuilegijs militum vere ⁊ iuste militie: ⁊ ꝑ ꝯsequẽs ꝙ habeãt bõa castrẽsia. Quasi castrẽsia aũt bona sunt illa q̃ acqrũt filijfa. milites militie litterate sicuti doctores legũ ⁊ canonũ licentiati hac bacalarij aduocati ex suis scientijs ⁊ secundum quosdam etiam tabelliones ⁊ nota. publici ex arte sua notariatus: ⁊ quidam alij. Peculium vero dicitur quicquid habet separatum in bonis filiusfamilias siue sit peculiũ siue sit castrense aut alius. Seruus aũt potest habere peculium suo domino ꝑmittẽte: sed non eodẽ mõ sicut filiusfamilias: quia quicqd ex re patris vel occasione rerum paternarũ acquirit pleno iure proprietatem patri acquirit. Si autem aliunde obueniunt bona filiofamilias vel laboribus suis vel prospera fortuna ipse h3 proprietatem nudam ⁊ pater vsumfructum: preterq̃ in castrensẽ vel quasi castrense: quia in illis nihil queritur patri. Dicitur autem peculium quasi pusilla pecunia siue pusillum patrimoniũ. Circa autem omnes vltimas voluntates in genere ⁊ precipue circa testamenta admouẽdi sunt notarij et tabelliones publici: quatenus dum ⁊ quando requirentur ⁊ rogabuntur vt de testamentis ⁊ alijs vltimis voluntatibus. recipiãt publica instrumenta se primitus diligenter informẽt de conditione qualitate ⁊ dispositione ꝑsone testari volẽtis vel codicillari vel cã mortis donationem facere: vt scilicet sit talis qui testari possit codicillari vel donare sup quibus notarios superius sufficienter instruxi. Item an sit sane mentis ⁊ sani intellectus quod perpendi poterit in loquela ⁊ verbis. nam si recte ⁊ pertinenter loquatur ⁊ respondeat ad ea de quibus interrogabitur ⁊ testes ac notariũ ꝑfecte cognoscat singulos suis nominibus ⁊ cognominibus nominando compos mẽtis põt iudicari. Si autem verba impertinẽtia ⁊ vana proferat: vel si nõ cognoscat notariũ et testes mentecaptus seu freneticus iudicãdus ẽ nec habilis ad testãdũ. Preterea inquirat notarius ⁊ se diligenter informet an ꝑsona testare volẽs habeat liberos vel nepotes ex filio vel filia ꝑmortuis ⁊ quot h3 quia oẽs et singulos

tenentur instituere in aliquo seu eis iure hereditario aliquid legare. alias si aliquem preterea inofficio, [illegible] erit testamentu: siue nullum aut saltem subiacebit querele inofficiosi nisi eos in testamento nominatim exheredauerit: excepta mater cuius preteritio pro exheredatione habetur: dum tamen causa preteritionis inseratur in testamẽto. Item querat de vxore si iuuenis ẽ an sit pgnãs qz si pregnans fuerit tenetur testator facere legatum posthumo iure institutionis vt ceteris liberis: alias testamentum irritum esset & nullum: & si vxor dubitet ad pregnans sit vel ne testator in dubio faciat legatum posthumo seu posthumis ventris sui vxoris vni vel pluribus si a casu quo pregnans fuerit et ad lucem vnus puenerit seu puenerint. Si vero nullos habeat liberos aut nepotes testator inquirat notarius si habeat aliquos ascedeñ. puta patrem vel matrem auũ vel auiam paternos aut maternos: qz si patrem vel auum paternuz habeat testari non poterit nisi esset emancipatus: vel haberet peculium castrẽse vel quasi castrense: sed si non habeat patrem vel auum paternum testari poterit. & tunc tenebitur alios ascendentes si habeat in aliquo instituere sicut de liberis & nepotibus dictum ẽ. Item filius emancipatus & similiter filiusfamilias habens peculium castrẽse vel quasi castrẽse si testant & nullos habeat liberos vel nepotes tenetur suis parẽtibus & aliis ascẽdẽtibus si quos habeant aliquid de bonis suis iure institutionis legare. Salua tamen gradus prerogatiua quia pater & mater tenebunt primum gradum: ita q illis seu altero eorum extantibus non tenebitur filius testator auo vel auie aliqd legare. Collateralibus autem veluti fratribus vel sororibus patruis auunculis vel amitis vel materteris non tenetur testator aliquid relinquere si non velint: nisi psona turpis instituetur qz tũc sic Sunt autem turpes persone excoriatores equorum meretrices lusores potissime ad taxillos eorum dissoluti male vite & inhoneste. mulier adultera in adulterio deprehensa & similiter filia que in corpus suum peccat cum pater non differat eam matrimonio copulare cẽsetur turpis tanquã mulier flagitiose & turpis vite. Item omnes publice diffamata de criminibus quibuscunqz: vt homicidio rapina furto falsitate & similibus censentur turpes quamuis non fuerint per sententiam cõdemnati. Itez ioculatores siue mimini qui sui faciunt publice spectaculum propter pecuniam. Et his omnibus ita pactis nota. querat a testatore quomodo & qualiter vult disponere de bonis suis & que legata suis liberis faciet: & quẽ seu quos heredẽ vult instituere. vñ si videat notarius testatorez nõ iure velle testm̃ suuz ordinare vel quo ad legata vl quo ad heredis institutionẽ seu substitutões & fideicõmissa vel liberorum preteritionem seu exheredationẽ aut alias ipse dum euz dirigere et vt melius poterit informare. Caueat tamẽ ne testatoris rectam & bñ ordinatam voluntatẽ & intentionẽ nõ peruertat & mutari faciat: quia in foro conscientie teneretur ex hoc leso seu dampnificato Item si habeat testator filios vel nepotes ex filio premortuo impuberes poterit eis in testamento prouidere de tutore: & de hoc debet eum notarius admonere & auisare q decernat tutorẽ ydoneum & talem qui testamentarius tutor ee possit. de quo superius in tractu de tutelis & curatoribus sufficienter dictum est. Deinde oĩa que per testatorem ordinabuntur fideliter describat notarius: & corã testatore & testibus postea veraciter & seriatim recitet. summe cauẽs ne pecunia vel donis aut alias corrumpi aliqd falsitatis inserat veritatem immutet vel omittat sciens magnam sibi super

hoc penam diminuare.

Sequitur de substitutionibus.

De substitutionibus nunc aliqua dicere oportet. et videndum est quid sit substitutio et vnde dicatur. Item quotuplex est siue quot sunt eius species: et quare inter se differunt. Deinde quibus verbis concipitur siue fit quelibet substitutio. Item quis faciat eas. Item que et quot requirunt in qualibet substitutione. Alia vero que circa substitutionum materiam dici pot dimitto: cum predicta sufficiant ad notariorum siue tabellionum publicorum instructionem. Est autem substitutio secunda institutio idest omnis institutio que fit post primam in locum prime deficientis. sicut institutio est primus gradus omnium institutorum: et dicitur de sub et institutio. Substitutio autem est vnum genus generalissimum: et diuiditur in duas species quia quedam est substitutio rerum: alia est substitutio personarum. Substitutio rerum est quando vna res in locum alterius rei subrogatur: personarum quando persona in locum persone subrogatur. Et ista vltima subdiuiditur: quia quedam est extra vltimam voluntatem: quedam est voluntatum. Et hec vltima subdiuiditur: quia quedam est directa alia est obliqua directa iterum subdiuiditur: quia est vulgaris alia est pupillaris: alia exemplaris: alia breuiloquia: alia compendiosa: et de hac substitutione personarum que est vltimarum voluntatum hic pertractare intendo. Differt autem substitutio directa et obliqua in duobus Primo quia per directam quis directo succedit testatori et non per medium alterius persone: et nuda animi dispositione fit heres et hereditariarum rerum dominium sine corporali traditione nanciscitur. i. consequitur: per obliquam vero quis non succedit testatori directo: sed capit per manus alterius. Secunda differentia est ista: quia in substitutione directa non habet locum detractio quarte trebellianice: secus est in obliqua. Quibus autem verbis fiat quelibet substitutio: et quidem vulgaris fieri solet communiter per ista verba. Instituo talem heredem meum: et si heres non erit vel non fit substitutio sibi talem. Substitutio autem pupillaris communiter fieri solet per ista verba. Instituo talem filium meum impuberem heredem meum. Et si infra pupillarem etatem mortuus fuerit vel decesserit substituo sibi talem. Substitutio vero exemplaris communiter solet fieri per ista verba. Talem filium meum furiosum heredem meum instituo: et si mortuus fuerit pendente furiositate substituo sibi talem. Substituo autem breuiloquia communiter solet fieri per hec verba. Instituo talem et tales heredes meos et eos inuicem substituo. Compendiosa vero substitutio communiter solet fieri per hec verba sequentia. Instituo talem filium meum heredem meum: et quandocunque moriatur talem ei dem substituo. de fideicommissaria dicetur infra.

De vulgari substitutione.

Circa substitutionem vulgarem. Primo queritur quare dicatur vulgaris. Et dico quod ideo quia a quolibet et cuilibet fieri potest: vel ideo dicitur vulgaris quia illud commune et nihil habet specialitatis dicitur vulgare: vel ideo quia sic placuit impositori eam nominari: quia nomina imponuntur ad voluntatem imponentium. Que autem requiruntur in hac constitutione: dico quod nulla specialia requiruntur: quia dictum est a quolibet et cuilibet fieri potest: et intellige a quolibet qui testamentum facere possit et cuilibet qui ex testamento capere possit. Et diuiditur substitutio vulgaris quia alia est expressa vt que fit verbis negatiuis vt dictum est supra. Alia tacita que fit verbis affirmatiuis vt vos in

uicem substituo: vel ita quisq; vestrum mihi heres erit filio meo: ꝛ sic de simili/
bus. Alia ē partim expressa ꝛ partim tacita ꝛ habet locum quando vnum ex/
tremum substitutionis vulgaris exprimitur ꝛ aliud omittit: vt si dicatur sem
pronius plancꝫ heres esto vel sitis: quia esto sumitur hic in tertia pſona: quis
autem eā facere possit: dic vt supra ꝙ quilibet eam facere potest qui vult.

De pupillari substitutione.

Circa substitutionem pupillarē videndū est primo qd sit substitutio pupillaris. Secūdo quare dicat̄ pupillaris. Tertio quare fuit inuenta. Quarto que requirunt̄ i ea: siue quot sunt necessa/ria ad hoc vt hēat locū: ꝛ qs eā facere possit. Quinto ꝛ vltimo quotuplex est. Ad primū dico ꝙ pupillaris substitutio ē ꝯditionalis institutio p parentē libe ris vni vel plurib⁹ suis natis vel nascituris institutis vel exheredatis q in al terius nō recidunt potestate facta vel a iure intellecta collata in casu mortis infra pupillarē etatē ꝯtingētē. Ad secūdū qua re dicat̄ pupillaris vna ratio ē qa fit pupillo. alia ratio ē qꝛ fit tantū infra pupillarem etatem. Alia ratio ē qꝛ finit̄ cū pupillari etate. Quarta ratio qꝛ fit tātum in bonis pupilli deuenienti bus ad eum cum bonis patris vel alio modo. pupillaris autē improprie dicit̄ idest puerilis vel impuberalis. pupillus enim proprie est qui patre caret: vel si habet in eius potestate nō ē. Ad tertiū quare fuit inuēta respōdet̄ ꝙ propter indiscretū ꝯsiliū pupilli. Ad quartū que ꝛ quot requirunt̄ in ea ꝛ qs eam facere possit: dico ꝙ octo requiruntur. Primo reqrit̄ ꝙ ille cui fit substitutio sit de liberis. Scōo ꝙ sit ipubes. Tertio ꝙ sit i potestate testatoris. Quarto ꝙ sui iuris post mortem testatoris efficiatur. Quinto ꝙ nō designat esse i ptāte an te mortē testatoris. Sexto ꝙ etiā pater faciēdo dictā substitutionē sibimet fa ciat testamētū. Septimo ꝙ impubes si heres institutus vel exheredatus. Oc tauo ꝙ pſts adducat̄ hereditas. Hāc āt substitutionē i pupillare facere pūt patres suis filijs ꝛ auus paternus nepotib⁹: ꝛ neptib⁹ suis ex filio ꝓmortuo. Ad quintum ꝛ vltimum dico ꝙ substitutio pupillaris ē duplex: quia quedam ē tacita: alia expressa: tacita ē que fit verbis tacitis: seu a iure subintellectis. Ex pressa vero que fit verbis expressis prout supra dictum ē.

De substitutione exemplari.

Circa substitutionē exemplarē querit̄ primo qua/re dr̄ exēplaris. Scōo an sit spēs substōnis p se Tertio qualr̄ descri bit̄ siue diffinit̄. Quarto a qb⁹ fieri possit. Quīto cui possit fieri. Sex to q pūt exēplarit̄ substitui. Septio q̄ ꝛ ꝙ reqrūt vt valeat. Ad primū dico ꝙ iō vocat̄ exēplaris: qꝛ ē introducta ad exēplū pupillaris. Nā sicut pupillus pp defectū etatis ꝛ discretiōis testari nō pōt: ꝛ iō fieri pupillaris substitutio: ita ꝛ furiosus cui fit substitutio exēplaris ꝓpter defectum iudicij testari non potest. Et ideo exemplaris substitutio sibi fieri pōt. Ad ſm scꝫ an sit spēs sub stitutionis per se dico ꝙ sic ꝛ ē directa vt superius dictū ē. Ad tertium qualr̄ diffinit̄ siue describit̄: dico ꝙ exēplaris ē substitutio directa ab altero ex paren tibus facta libero mentecapto de pſona veri simulit̄ ꝛ ab intestato successura bona vtriusq; comprehendens sua natura. Ad quartum scꝫ a qb⁹ fieri pōt di co ꝙ pōt fieri ab vtroq; parente: ꝛ sic tā a pre ꝙ̄ a mre auo vel auia ꝙ nō ē in pupillari vt vidisti supra. Sed an mat̄ postꝙ̄ trāsiuit ad scōas nuptias pos/

sit substituere filio suo furioso exemplariter. quidam dicunt quod non. alii quod sic sed primum credo verius. Ad quantum cui hec substitutio fieri possit. Ad hoc respondet quod personis correlatiuis ipsis facientibus quia pater filio mentecapto et auus nepoti proauus pronepoti mentecapto vel pronepoti mentecapto et idem de matre et auia etc. Sed an prodigo possit fieri exemplaris substitutio? dicunt quidam quod sic quia furioso et prodigo pariter prouidetur de curatoribus: et quia ista prodigalitas non procedit nisi est quedam dementia. Item an muto vel surdo vel muto et surdo insimul hec substitutio fieri possit. dic quod si testari potest non potest sibi exemplariter substitui. si autem non potest testari potest hec substitutio fieri. quando autem testabilis sit vel non dictum est superius. Ad sextum quibus possunt exemplariter substitui? dico quod prima causa erit liberorum omnium vel ceterorum furiosi vel mentecapti. et deinde aliorum successiue qui ab intestato furioso succederent vt patet diffinitione supra scripta. Ad septimum scilicet que et quot requiruntur vt valeat substitutio? dico quod multa. primo quod ea faciens sit de parentibus. Secundo quod ille cui fit sit de liberis. Tertio quod sit mentecaptus siue furiosus. Quarto quod illa faciens sibi test. l. Quinto quod mentecaptum b rēd. instituat saltem in legitimam vel in re certa: ita quod possit agere ad supplementum. Sexto vt substituantur primo liberi furiosi si quos habeat. post eius fratres si liberos non habeat et deinceps.

¶ De breuiloqua siue reciproca substitutione.

Circa istam substitutionem breuiloquam siue reciprocam queritur de duobus. Primo quare vocatur breuiloqua seu reciproca. Secundo qualiter describitur. Ad primum dico quod hec substitutio: ideo vocatur reciproca: quia personas et institutionem precedentem refectit in seipsam maxime quando apponitur dicto inuicem et vocatur breuiloqua: ideo quia verbis breuibus fit. et fit sub breuiloquio plures substitutiones comprehendit quas ad presens dimitto. Ad secundum scilicet qualiter describitur hec substitutio vel diffinitur. Dico quod hec substitutio reciproca seu breuiloqua est que sub breuiloquo plures continet substitutiones equaliter et reciproce. breuiloqua ideo dicitur quia fit breuibus verbis breuiloquela. pluris ideo dicitur quia nunquam vnum tantum et singularem sed ad minus duas vel plures continet substitutiones. quod nunquam non contingit in vulgari vel pupillari: et sic merito differt ab illis. Substitutiones ideo dicitur quia talis reciprocatio non reperitur nec cadere potest in institutionibus. equaliter ideo quia dicitur si esset inequalitas non esset reciprocatio propria. Reciproce ideo dicitur quia reperitur item ab eodem vel in eundem quod nihil aliud est quam reciprocare secundum hugutionem Catolicum et papiam.

¶ De compendiosa substitutione.

Expedita breuiloqua nunc accedamus ad compendiosam. circa quam queritur de duobus. Primo quid sit compendiosa substitutio. Secundo quare sic dicatur. Ad primum dico quod substitutio compendiosa est quedam substitutio que sub conditione mortis vel alia morta comprehendit tempora. Sub conditione mortis ideo dicitur: quia post tempus illud vt plurimum opponitur. Unde tempus mortis potest dupliciter apponi vno modo indeterminate vt quandocunque talis decesserit. alio modo determinate vt quandocunque talis infra vicesimumquintum annum decesserit talis sit heres. vel alia ideo dicitur quia in hac substitutione alia conditio quam mortis potest apponi. puta quandocunque liberos non habuerit vel liberos masculos vel certum quid non fecerit. Multa tempora ideo dicitur quia quamlibet etatem comprehendit vel est

apta nata cõprehẽdere Ad secũdũ cũ quer it quare dicat cõpẽdiosa: rñdet ꝙ ideo dr compendiosa qr sub compẽdio vboꝝ plures substitutões i eadẽ pso na cõprehẽdit ⁊ plura tẽpora. Et in hoc differt a breuiloqua quia illa vnũ tẽ pus hec plura comprehẽdit. Jtẽ illa pluribus psonis fit hec vni. Jtẽ illa reci procatur in seipsa hec secus quia non reciprocatur.

¶ De obliqua substitutione que fideicõmissaria appellatur.

Expeditis directis substitutiõibus de: obliqua videre necesse est que fideicõmissaria vulgariter nuncupatur. Et primo qd ẽ substitutio fideicommissaria? respondetur quod est quedam substitutio obliqua siue restitutio totius hereditatis vel quote fienda per hered. etiã institutũ per quam fideicommissa jus efficitur quodammodo heres. vnde bene ponitur in diffinitione quod ẽ substitutio obliqua seu restitutio. quia fideicõmissarius directo non capit sʒ manu alterius totius hereditatis vel quote. ideo dicitur quia tunc tantum habet effectum senatusconsultum trebellianũ Secus si fit de re singulari rogatus per heredem inuitũ ideo quia inuitus potest cogi quodãmodo. ideo dicitur quia fideicõmissarius vere non ẽ heres sed per obliquũ Secundo queritur quibus verbis fiat. dico ꝙ per verbum reuertatur Jtẽ fit p verba obliqua vt p verbum venire. Jtẽ p verbum ptinere. Jtẽ per verbum retinere. Jtẽ p verbum restituere. Jtem per verbũ substitutio. Sed istud vbum quandoqꝫ est directũ: quandoqꝫ obliquum. Jtẽ queritur de vno. quidam instituit filium suum impuberẽ hrdẽ suum ⁊ dixit in testamẽto qñcunqꝫ filius meus decesserit substituo sibi talem vulgariter pupillariter ⁊ fideicõmissarie: an talis substitutio valeat. Et videtur prima facie dicendum ꝙ non. Nam cũ vba copulatiue ponantur ergo omnia concurrere oportet. Sed hoc ẽ impossibile quia directa ⁊ fideicommissaria respectu earundem rerũ ⁊ personarum p eodem tempore non concurrerent cum ⁊ vnam directo succedat in alia p obliquũ. Dicunt quidam ꝙ verbum substituo ad vulgarem ⁊ pupillarẽ ⁊ ad fideicõmissariam extẽditur. ⁊ ideo ante aditam hrditatẽ habet locum pupillaris. post pupillarẽ etatem fideicommissaria ⁊ ita tenent multi doctores ⁊ consulunt ita fieri. dr autẽ substitutio fideicõmissaria ideo qr olĩ testatores fidei hered. cõmittebant hrditatis restitutionẽ illi cui mandabant testatores sic dicendo. talem hrdem meum facio ⁊ rogo eum per fideicommissam quatenus meã hereditatem restituat tali: ita ꝙ nullo iure cogi poterat heres restituer. Et quia multi heredes frangebant fidẽ nec hereditatem restituebant: ideo imperatores ⁊ senatusconsulti statuerunt quod postqꝫ heres rogatus erit hereditatem alij restituere: illã velit nolit ⁊ inuitus restituat retenta sibi quarta: q trebellianica appellatur dũ tñ sponte restituerit Si enĩ inuitus restituit nullã quartã sibi retinebit. Jtẽ est notandum ꝙ testator põt onerare: siue grauare heredem suum ne in casu substitutionis detrahat quartam trebellianicam sicut ⁊ quartam falcidiam: qr non videtur maior ratio de vna qꝫ de alia secundũ aliquos. vnde si testator ficto amore diligat vxorẽ ⁊ velint sibi complacere poterit eã hrdem instituere insolidum vel pro parte. Et si substituere quem voluerit hoc modo talẽ vxorẽ meam dilectam hrdẽ mihi instituo. Et eidẽ quandocunqꝫ et qualitercũqꝫ in futurũ deceden. substituo talẽ absqꝫ detractiõe alicuius quarte, tunc enim vxor sic instituta non poterit retinere aut detrahere dictam de

bonis et hereditate mariti quo ad proprietatem nisi solum vsufructus quãdiu vixerit. Et certe multi testatores sunt qui dum faciunt substitutiones suis heredibus credunt et intẽdunt omnia eorum bona peruẽire debere integraliter ad substitutũ nulla p herec̃. quarta retẽta. Et ideo deberẽt sup hoc nota. certiorari et interrogari quid volunt et intendunt. In quarta autẽ iure nature liberis debita nõ potest testator liberos suos hẽdes grauare vel priuaꝛ quin in casu fideicõmissarie substitutionis possint eam retineꝛ siue detraheꝛ eo quia illam hꝫ pater necessario filio relinqueꝛ.

¶ Forma breuis et simplicis testamẽti.

In dei nomine amen. Anno ꝛc. nouerint ꝛc. ꝙ cum ad hoc sit inuenta scriptura publica vt in ea rei geste memoria semp valeat reperiri. Idcirco ego martinus de ponte sanus et compos mẽte et intellectu p dei gratiam: quãuis infirmus sim in corpore considerans nil fore morte certius nihilꝙ in certius eius hora mortis: tñ imminẽte languore illius magis formidaꝛ euẽtus: volẽs cupiẽs de bonis reb⁹ et iuribus meis disponeꝛ et ordinaꝛ ne iter liberos et ꝯsanguineos meos aut al's quascunqꝫ ꝑsonas aliqua questionis materia in et super dictis bonis post mei obitum suscitetur: ne ego ab intestato decedeꝛ valeã. in pñtia tui notarij publici et testiũ infrascriptoꝝ ad hoc spẽaliter vocatoꝝ et rogatoꝝ facio cõdo et ordino meũ testm̃ vltimum nuncupatiuũ et meam vltimã voluntatẽ i hũc qui seqtur modũ. In primis aiaꝫ meã cũ a carnis nexib⁹ fuerit dissoluta humilr recomendo altissimo creatori et redẽptori dñõ Iesu xp̃o et gloriosissime virgine Marie eius matri totiꝙ curie ciuiũ supnoꝝ: corpori vero meo dũ aia mea ab eo fuerit sepaa rata eligo sepulturã i cimiterio ecclesie parrochialis sci Iohãnis de alesto. et addo de bõis meis a deo mihi collatis pro anima mea et redẽptionẽ meorum peccaminũ de decẽ lib. turoñ. de quib⁹ fieri et ex solui volo oẽs exequias meas funerales et õia in eis necessaria tã honoris quã necessitatis et legata seu distributa infrascripta semel tantũ. Et primo lego de dicta sũmã domino priori alesti pro lecto funerario et sepultura meis ac pro canonica portione sibi cõtingente de bonis meis quinꝙ solidos turoñ. Itẽ lego capellão curato dicte ecclesie. xij. dena. turoñ. Itẽ lego ꝛc. ponantur legata prout ordinabit testator. Residuũ vero dictaꝝ decẽ libraꝝ turoñ. si qd̃ fuerit dari et distribui volo per meos executores infrascriptos in missis pro anima mea celebrandis ad voluntatem et arbitriũ dictorum executorum. Itẽ de alijs bonis meis lego iure institu. et iure herec̃. petro filio meo. xij. lib. turoñ. semel tantũ in quib⁹ dictum petrum hẽdẽ mihi instituo volens et ordinans ipsũ cũ dicto legato forte cõtẽtũ de oĩbus bonis meis: ita ꝙ in eisdeꝫ nihil plus petere possit cõsequi seu hẽre. Itẽ lego de alijs bonis meis iure institutionis et iure hereditario tosquine filie mee vxori laurẽtij philippi vltra dotẽ p me olim sibi cum dicto laurentio marito suo constitutam quinꝙ solidos turoñ. semel tãtum in quibus in dicta dote dictã tosquinã hẽdem mihi instituo: volẽs et ordinãs ꝙ cum dictis qnꝙ solidis et dote ipsa sit et eẽ debeat cõtẽta de oĩb⁹ bõis meis ita ꝙ nihil plus in eisdẽ petere possit consequi seu habere. Itẽ lego de alijs bonis meis iure institutionis et iure hereditario et vltra hec pro suis vestibus nuptialibus decẽ libras turoñ. semel tñ. ysendi filie mee et ad opus sui maritagij. xx. lib. turoñ. se

mei tm̄i in quibus ⁊c. ita ꝙ ⁊c. Quasqdem summas siue legata dicte ysendi ex
solui volo per meum heredem infrascriptū p terminos ⁊ solutiões statuēdos
⁊ ordināndos tpe contrahēdi matrimonij dicte ysendis per amicos ⁊ cōsan-
guineos suos: in ceteris aūt oībus vniuersis ⁊ singulis bonis rebus ⁊ iurib⁹
meis mobilibus ⁊ imobilibus pñtibus ⁊ futuris q̄cūqꝫ quātacūqꝫ ⁊ vbicūqꝫ
sint ⁊ ꝯsistāt dicta bona res ⁊ iura ac quocūqꝫ noīe censeātur seu valeāt nū-
cupari ⁊ heredē meū vniuersalē mihi instituo facio: ⁊ ore meo proprio nomio
